











1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.





1716.

1. Alberti, Michael: De morborum consensu.
2. Alberti, Michael: De haemorrhoidibus medicina hypocratis.  
Diacorum
3. Alberti, Michael: De mensurum anomalis
- 4<sup>a</sup> <sup>o</sup> Boden, Henricus, de: De furto pericaloso 2 Sept. 1716.  
1738.
5. Boden, Henricus, de: De privilegio creati, in reus  
Suevicam rogati, in foro Saxonic.
6. Boden, Henricus, de: De emptione venditione solo con-  
sensu non subsistente
- 7<sup>a</sup> <sup>o</sup> Boechmerus, Jahn Henr: De privilegiis legatorum  
piorum generis et species 2 Sept. 1716 = 1740
- 8<sup>a</sup> <sup>o</sup> Boechmerus, Jahn Henr: De successione in bona  
clericorum singulari. 2 Sept. 1716 = 1739
- 9<sup>a</sup> <sup>o</sup> <sup>o</sup> Boechmerus, Jahn Henr: De jure principis circa  
dimissionem ministeriorum. 2 Sept. 1716, 1734 = 1741.

10<sup>a, b, c.</sup>

Boetmerus, Justus Henricus: De jure eroga-  
tionis cœmeterium 3 2<sup>te</sup> edit.

11. Boetmerus, Just. Henr.: De nominibus ecclesiasticis

12<sup>a, b</sup> Boetmerus, Just. Henr.: De jure et statu hominum  
prospiciorum a senis Germaniae non Romanis diri-  
vando. 2 2<sup>te</sup> edit.

13<sup>a, b</sup>  
= Boetmerus, Justus Henr.: De expensis criminalibus  
2 2<sup>te</sup> edit. 1724 et 1735

13<sup>c</sup>  
= Boetmerus, Just. Henr.: De expensis criminalibus  
Rec. 1754





1. Buch der ...  
2. Buch der ...  
3. Buch der ...  
4. Buch der ...  
5. Buch der ...  
6. Buch der ...  
7. Buch der ...  
8. Buch der ...  
9. Buch der ...  
10. Buch der ...





DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE *Sol. xxiv. N. 30.* 70

**PRIVILEGIIS** 1716  
**LEGATORVM PIORVM** 76  
**GENVINIS ET SPVRIIS**

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DOMINO CAROLO**  
PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENB. RELIQUA

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO**

ICTO, COM. PAL. CAES. REG. MAIEST. BORVSS. CONSIL. AVLICO  
PROF. IVR. ORD. h. t. DECANO

**PRO LICENTIA**

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI

DIE NOV. MDCCXVI.

HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS

PVBICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

**CAROLVS FRIDERICVS Hopffenstock**

STVTGARD.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

MDCCXL

(7)



DISSEMINATIONE LIBRIS IN VESTRO

PRIVILEGIUM

BEATORUM PETRI ET PAULI

APOSTOLORUM

RECTORI ACADEMIAE

STREASANA

DOMINO CAROLO

DE

IN

PRO

IN TO HENNING

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA

CAROLVS RICHARDVS

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA

PRO LICENTIA







DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
PRIVILEGIIS  
LEGATORVM PIORVM  
GENVINIS ET SPVRIIS.

CAP. I.

De genuinis legatorum piorum priuilegiis.

§. I.



VM nuper admodum DN. Occasio huius  
thematis.

PRAESES dissertationem de *nominibus ecclesiasticis* publico examini subiiceret, & varia praëiudicia, quæ ex erroneis principiis, a Dd. communiter receptis, fluunt, excuteret, indeque conclusiones deductas examinaret, deprehendit, eosdem imo longe plures errores in materia *legatorum ad pias causas*, & quidem in magna copia occurrere, quos nec semper illi euitare solent, qui aura protestantium ecclesiarum explicant. E re vero nota

omnino est, vt hos euitemus scopulos, & falsa a genuinis

A

genuinis



nuinis separemus, proinde autor suaforque mihi Dn. PRAESES fuit, vt hanc spartam in me suscipere, & quid *circa legata ad pias causas* iustum sit, euoluerem, *veraque* priuilegia eorum a *spuriis* fecernerem; id quod ea, qua par est, breuitate, expediam, vt *Cap. I. genuina, Cap. sequ. vero spuria, falsa & cerebrina* priuilegia exhibiturus sim.

Pietatis corruptus conceptus.

Genera piarum causarum quatuor.

Ad quae referuntur ecclesiae.

§. II. Quemadmodum *pietas solida*, in corrupta ecclesia, in *superstitionem* degenerauit, ita non mirandum est, notionem *pie cause* adeo quoque corruptam fuisse, vt, quicquid ob rationem *pietatis vel quasi h. e. superstitionis* in testamentis relinquitur, id omne ad *piam causam* legatum esse censeatur, quod *filius iam docuit Dn. RECHENBERG* in disert. *de eo, quod in pia causa impium est*, sub Praesid. Dn. WERNHERI habita. Cumulum harum piarum causarum recensuit, & sine iudicio congescit ANDREAS TIRAQUELLVS *de priuileg. piar. caus. in praefat.* quem ducem reliqui vtp plurimum sequuntur. Generatim huc referre solent illa legata, quae 1) in *vsu pauperum*, 2) *pro anima*, 3) *intuitu religionis Christianae* eiusque promotionis, & 4) *ob vilitatem publicam* relinquuntur. Primam causam admitto, sed vt ex seqq. apparebit, saepe hic praetextus tantum fingitur, dum secundum principia iuris canonici soli fere clerici *pauperum* appellatione intelliguntur, veri autem negliguntur. Altera est *superstitiosa*, ne dicam *erronea*, si ad Scripturae S. normam examinatur, fuitque potissimum ex hypothesis de *purgatorio*, quam nostrates merito reprobant, vnde quoque non possunt non conclusiones inde deductas repudiare. Tertia species *suo modo* vera, sed vt ex exemplis adducendis constabit, vt plurimum in *applicatione* *superstitiosa* est, quia promotio religionis christianae in variis *superstitiosis* institutis queritur. Vltima causa eo magis sese commendat, quod tot hominum salutis & incolumitati inde prospiciatur.

§. III. Ad primam classem referuntur *ecclesiae*, cuius bonae olim recte dicebantur *bona pauperum*, quod vniuersi expr-



primo institutio alimentacioni eorum inferuirent, docentibus THOMASSINO P. III. de vet. & nou. eccles. discipl. lib. 5. c. 26. § 9. & 10. LAVNOIO de cura eccles. pro miseris & pauper. quo intuitu etiam passim bona ecclesie vocantur bona & patrimonium pauperum c. 28. C. 12. q. 1. c. 24. C. 12. q. 2. c. 59. C. 66. q. 1. c. 2. X. de rebus eccl. non al. Verum tractu temporis scena ita mutata est, vt vix quarta reddituum pauperibus sit relicta, & tandem hæc quoque in plerisque ecclesiis suppressa, adeo vt bona ecclesiastica sint facta bona clericorum h. e. quæ horum vsui & sustentacioni inferuiunt. Non tam impius sum, vt clericis salaria debita ex redditibus ecclesiasticis denegare velim, quæ ex merito iis debentur, & eo intuitu legata in eorum vsum relicta pia censenda; quod cultui diuino inferuiant, & rem diuinam faciant; ast quis negabit, hæc quoque in superstitionem degenerasse? Quot sunt ecclesie cathedrales & collegiatae, in quibus res diuina ex opere operato fieri dicitur, quæ ingentibus redditibus turgent, iis exsoluendis, qui nomen clerici, non rem habent. Et tamen iis olim relicta adhuc apud nos iure piarum causarum censentur. Quot sunt ecclesie alie, quæ vltra docem, pastoribus destinata, plures redditus quotannis percipiunt, qui tamen in vsus pios, prout debebat, non erogantur, sed quæstui exponuntur, quo patrimonium ecclesiasticum quotannis augeatur. Quicquid tali ecclesie legatur, pium esse indicatur, si vel maxime necessarii & magis indigentes prætereantur.

§. IV. Rectius 2) huc referuntur hospitalia eorumque bo- Hospitalia.  
 na, & quicquid in horum vsus legatur, quippe in quibus re-  
 sectio pauperum indigentium adhuc primaria cura est, cuius  
 species varias recenset l. 23. C. de SS. eccl. inter quas tamen mo-  
 nasteria non recte referuntur, vt paulo post dicam, bene tamen  
 viduarum claustra & sustentacula, die Wittwen-Häuser oder  
 Wittwen-Kasten, hospitalia publica valetudinariorum mili-  
 tum, inualiden-Häuser, vel animi morbo laborantium,  
 A 2 Toll



Lytra captiuorum.

*Doll-Häuser, receptacula infantium expositorum, Findel-Häuser, erarum pauperum.* Lytra captiuorum quoque in hunc censum referenda esse censeo, obseruante HERTIO *diss. de lytro.* Ipsi Christiani captiuorum inprimis rationem habebant, eorumque, qui ob persecutionem in metallis, in insulis vel custodiis erant, & in horum vsus erogata *deposita pietatis* dicebant, teste TERTVLLIANO *in apol. c. 39.* Minime tamen *alimenterum* legatum huc referendum, nisi *pauperibus relicta* sint, vel etiam legatario *inuitu paupertatis.* Est quidem legatum *alimenterum* admodum *privilegiatum*, sed non statim *pium.*

An legata pro redemptione animæ?

§. V. Altera classis continet legata, quæ pro *redemptione animæ* relinquuntur, quæ primario a Dd. in classem *piarum* causarum relata sunt, teste TIRAQUELLO *cit. tract. in prefat.* Hæc causa fere olim primaria fuit, ob quam tot ingentes donationes, & legata ecclesiis, monasteriis, aliisque piis corporibus relicta sunt, vt diplomata antiquissima loquuntur, rursusque ostendunt, talia legata magis *superstitiosa* quam *pia* fuisse. In hunc censum quoque *lytrum* referunt, censentque, IUSTINIANVM *in Nou. us. c. 3. §. 13.* ideo illud piis accensusse causis, propter verba: *Vt dum illi a suis non sunt redempti, aliorum redemptio procuretur & ipsorum quoque animæ ex hac piissima causa subleuentur.* Euidens omnino est, Imperatorem existimasse ex doctrina illius temporis, bonæ de-functi in redemptionem captiuorum impem a *redemptioni animæ defuncti* inferuire, adeoque etiam illa, quæ opus misericordiæ & pietatis continent, ex praua persuasione in *superstitionem* degenerasse. Nec aliud de iis dicendum arbitror, quæ olim hospitalibus legata sunt, quæ eadem persuasio produxit, & eo facilius producere potuit quod plerique, qui per-dite hæcenus vixerant, conscientia teste, varia cetera commiserant, quæuis facinora hoc medio expiari posse crederent, vtut a serua pœnitentia longissime abessent. Quæ cum ita sint, non errauero, si dixerim, antiquissima legata ad *pias causas*, quæ adhuc



adhuc hodie superflunt, superstitionis huius vel potius erroris fontem agnoscere, quæ tamen hodie non tam sunt metienda ex *intentione testatorum*, quam *usu & scopo*, cui inferuiunt. Idem error quoque legatum *libertatis* catalogo piarum causarum adscripsit, quia rursus etiam libertatis datio vt plurimum olim *pro anima* facta legitur. In *legibus Ripuariis tit. 58.* ita cauetur: *Hoc etiam iubemus, vt qualiscunque Francus, Ripuarius, seu tabularius seruum pro anime sue remedio, seu pretio secundum legem Romanam, liberare voluerit.* Aliud ergo erat *pro anime sue remedio* seruum manumittere, quod *pium* censebatur, & aliud *pro pretio*, quod huc non pertinebat. Plures huius farinae formulas refert POTTGIESSER *de condit. & stat. seruorum apud Germ. L. 3. c. 10.* Inde forsitan proflexit generale, sed erroneum assertum Dd. *legatum libertatis* in classem ad pias causas legatorum pertinere, *libertatem & ecclesiam æquiparari*, legatum libertatis fauorabilius esse, quam alterius piæ causæ; quas sententias non sine dedecore nostrates quoque repetunt, vt ostendit HARPRECHT. *in Diss. de admixt. extran. person. in dispositione parentum inter liberos ib. 29. n. 15. & seqq.* & inde inferunt, iura *libertati* data generatim piis causis applicanda esse.

§. VI. Tertia classis continet legata, *scholis, academiis, Stipendia* studisque destinata, cum illæ censeantur *seminarium ecclesiæ schola, æg. academiæ.* & reipublicæ, in quibus animi iuueniles tum ad pietatem & reipublicæ, in quibus animi iuueniles tum ad pietatem preparantur, tum eo ducuntur, vt Reipublicæ prodesse possint. Vtrum hæc intentio vbique obtineatur, & media idonea adhibeantur, latè non disquiram, cum hoc ipsum eorum indicationi, qui defectus scholarum & academiarum detegunt, relinquendum sit. Sufficit, quod scholæ multum ad *religionis promotionem* facere possint, si in debitum vsum adhibentur. Et ea de causa quoque *legatum ad stipendia* huc referri potest, quod nostrates quoque admittunt. vid. COTHMANN *in respons. Acad. 12. n. 82.* FRITSCH *de stipend. c. 12. n. 2.* CARPZ *1. 2. Iur. spr. Confist. definit. 328. n. 15. seqq.* BESOLD. *Consil. 263. n. 22.*

A 3

Hunc





An monasteria & ordinum  
militarium  
fodalitia?

Quæ conuer-  
sioni infideli-  
um destinan-  
tur.

Legata ob  
publicata

Hunc in finem etiam legata *monasteriis* aliisque *fodalitiis*, veluti *ordinum militarium*, relicta esse liquet, quia creditum fuit, monasteria esse receptacula pietatis perfectissimæ, & *vite apostolicæ* solida praxis, vid. MABILLON. *in act. benedict. sec. III. p. 2. p. 295.* adeo, ut qui huic vitæ se adiiciunt, *conuersi* dicantur, vid. *tot. tit. X. de conuers. coniugat.* & meritorum eumulum sibi acquisiuisse credantur, aliis etiam communicabili-um. Res satis nota est, & a nostratibus plenius excussa, & relicta, quamuis nihilominus etiam bona eorum *piis* accenseamus *causis*, & iura earum iis applicemus, si vel maxime in alium usum conuenientiore, & vere *pium* haud sint conuersa, quod inprimis vel ideo factum videtur, quia per *instrumentum pacis* fundationes nondum destructæ in pristino statu permanferunt, imo etiam plures permanere debuerunt. *Ordinum militarium fodalitia* vix speciem pietatis obtinent, & tamen legata in horum usus *pia* dicuntur, quia institutum eorum admodum profuit rei hierarchicæ, in qua maiores christianismum posuerunt, & quamuis per DEI gratiam hunc errorem reiecerimus, non tamen eiurauimus conclusiones inde promanentes, cum etiam inter protestantes hisce ordinibus relicta *piis annumerentur* causis. Huc denique pertinent, quæ *conuersioni infidelium* destinantur expediendæ per missionarios, quorum scopus, utpote admodum *pious*, doctrinæque saluatoris conformis, non potest non approbari & omnibus modis promoueri, quamuis in ipsa conuersione abusus committi possit, qui nec in quibuscunque sacris præcaueri potest. Impium vero est, huc referre legata meretrici, ut ad frugem & meliorem vitam redeat: Quæ enim morum emendatio, & vitæ sanctimonia ex perceptione lucri sperari potest? Imo talis conditio, qua quis sub spe legati consequendi ad mutandam religionem, & omittendum peccatum inducitur, merito pro turpi reputatur. vid. KNIPSCHILD. *de fideicommiss. familie c. VI. n. 401. seqq.*

S. VII. Denique vltima classis continet legata relicta *er-gasteriis*



*gasteris* seu disciplinæ publicæ scholis & sceleratorum, qui in republica quietem & pacem turbant, purgatoriis; cum admodum pium & salutare sit, hoc medio prouincias a malis hominibus purgare. Similiter hucrecte pertinent, quæ legantur ad constructionem & reparationem pontium, viarum, murorum, aliorumque operum publicorum, defensionem Reipublicæ interuentium, quippe quorum vtilitas in tot hominum incolumitatem redundat. Vnde non inconueniens est, legata superstitionis causis relicta, quæ postea lege publica abolendæ sunt, in hunc conuertere usum, cum etiam secundum *l. 16. de usu & usufructu legato* gentiles censuerint, res in usum illicitum relictas conuerti debere in usum æque similem, sed magis licitum. Vid. MAVRIT. *de secularisat. c. 4.* Ex his liquet, quam multa legata ad piam causam referantur, quæ magis impia censenda, & merito inter protestantes emendanda forent. Sed intemptius & inexcusabilis amor iuris canonici nostrates decepit, vt a veritatis via media in luce alienisimi permanferint, & praxi constanti adeo hæc corroborauerint, vt in plerisque speciebus adductis in vulgato errore, quod piæ causæ sint, subsistere teneamur. Vnde vere dicere posses, generatim inter Protestantes piis causis accenseri, quæ hanc qualitatem ex iure canonico & veteri errore acceperunt, nisi status rerum mutatus, vel euidenter contrarium doceatur.

§. VIII. Hæc legata ad *pias causas* eo magis in summo habita fuerunt pretio, quod specioso *pietatis* titulo coruscant, quam legibus omnibus solutam esse debere pium iudicatum fuit. Hinc enata sunt priuilegia *piarum causarum*, vel in cerebro interpretum procusa sine assistentia legis, quæ spuria & adulterina esse credimus. Talia sunt, quæ his attribuntur ex priuilegijs *fisci, militiae, libertatis, alimentorum, dotis pupillaris ætatis, reipubl. & ex iuribus Imperii*, quod tamen strenue contendit AVGVSTINVS BARBOSA *L. 2. iuris ecclesiast. c. 13.* Sunt priuilegia

Fons priuilegiorum piarum causarum.



Quorum plu-  
ra sunt erro-  
res.

Verus sensus  
regule: Le-  
gata pias esse  
fauorabilia.

Valent testa-  
menta ad pias  
causas sine vi-  
lis testibus.

gia sua natura *ius singulare*, & *exceptionem a regula* constituunt; cui tam diu inhærendum est, donec exceptio probetur. Neque enim interpretum est, priuilegia fingere noua, vbi iuris deficit sanctio, aut iura singularia certis causis tributa ad alias trahere causas, cum iuxta *l. 14. de legib.* iura singularia, vt pote contra *rationem iuris* recepta & constituta, ad consequentias non sint producenda. Id quidem non nego, legata ad *pias causas* esse admodum *fauorabilia*, quemadmodum adductæ species summum in iure *fauorem* habent. Sed, prout DN. PRAESSES *diff. de nomin. eccles. c. 1. §. 8.* iam obseruauit, fauor hic non efficit, vt quæuis iura singularia, fauorabilibus causis singulariter tributa, hisce legatis applicari debeant, id quod regule interpretationis prorsus haud admittunt, sed tantum interpretationi vltimæ voluntatis quandam vim addit, efficitque, vt secundum hunc fauorem voluntas defuncti *plenior & benignior* accipi debeat, quemadmodum de *libertate* dicitur, quod *fauor eius benigniores sententias exposcat, suadeatque*, quoties in dubia voluntate, & sic de *questione facti*, emergit disceptatio *l. 32. §. f. ad L. falcid. l. 17. §. 3. de manum. testam.* Vnde argumenta a *libertate* vel alia causa fauorabili non prorsus respicio, quatenus generatim ostendunt, quæstiones *facti* circa legata ad pias causas esse secundum hunc fauorem, quam leges eis tribuere, explicanda, quod infra exemplis declarabo.

§. IX. Primum & principale priuilegium, quod hisce legatis datum est, concernit *modum disponendi*, qui ita priuilegiatus est, vt testamenta in genere *ad pias causas* facta sine ulla solennitate subsistant, sufficiatque, si modo de *certitudine voluntatis* satis superque constet. Hoc priuilegium piis causis singulari iure attribuit Pontifex in *c. relatum u. X. de testam. humanam*, sed *diuinam* diiudicandam esse, ex ea ratione, quod negotia & causæ ecclesiasticæ huic, non illi subiacent, adeoque secundum sanctionem legis diuinæ: *in ore duorum vel trium testium stat omne verbum*, concludendum sit, duos vel tres



tres testes sufficere. Quid intenderit pontifex hac decisio-  
 ne, non occultat, sed manifestissime prodit. Ecclesiam sup-  
 ponit esse independentem a societate ciuili, rempublicam  
 suis propriis legibus fulciendam, maximeque iure diuino reg-  
 endam: libertati ecclesie aduersari, si legibus ciuilibus illam  
 subiicere velimus, quippe *quam Christus sui sanguinis pretio re-  
 demtam voluit esse liberam*, adeoque *eam facere ancillam mini-  
 me conueniens sit*, vt GREGORIVS VII. in *Pf. penitent. V. 9.*  
 philosophatur. Hæc sententia eo tempore tanquam *articu-  
 lus fidei* laicis obrudebatur, quoniam, qui aliter sentirent, re-  
 belles & peruersarum doctrinarum rei iudicabantur, statum  
 ecclesie, a Christo efformatum, impugnaare attentantes. Ne  
 ergo nefandum hæreseos crimen incurrerent, decisionibus  
 pontificis, in propria licet causa latis, standum, nec permis-  
 sum erat ICtis contra talia testamenta pronuciare. Inde in  
 communem praxin hoc privilegium abiit, & adeo altas egit  
 radices, vt nequidem, reformatione facta, dehuius reforma-  
 tione cogitaretur. Non perpendebant ICti protestantes, ex  
 quorum sententiis tamen praxis efformabatur, in hac decisio-  
 ne latere virus, statui ciuili e diametro aduersum, tum quia  
 pauciores *statum ecclesie verum* excutere curabant, tum et-  
 iam, quia rationes sibi cerebrinas ex *æquitate* fingeant, sub  
 quibus has pontificum sententias commodarent, & in iudi-  
 cando obseruarent, quo iure adhuc hodie vtimur, testibus  
 LAVTERBACHIO ad *tit. de Testam. milit. §. 48.* B. STRYKIO in *cant.  
 testam. c. XII. §. 1.* CARPZ. *p. 3. C. 4. def. 33. n. 3.* aliisque, quos  
 allegare non vacat.

§. X. Dum ergo secundum sententiam pontificis in pra-  
 xi receptam, hodie iudicandum est, de mente quoque eius  
 solliciti esse debemus. Id potissimum hodie in quæstione  
 est, an ad subsistentiam horum legatorum ad minimum *duo  
 testes* sint necessarii, an vero sufficiat voluntas aliter declara-  
 ta, vt de eius certitudine nullum superfit dubium? Non  
 enim incertas, vagas & dubias coniecturas admittendas cense-  
 mus,

B

Quidam ta-  
 men duos re-  
 quirunt testes.



Per varia ar-  
gumenta.

mus, multominus quamcunque scripturam, de qua non constat, an testator illam pro testamento habere voluerit, sed *certitudinem*, & *voluntatem* manifestam requirimus, vt circa hanc nullum superfit dubium. Inter eos, qui præcise duos testes requirunt, principatum tenet B. HARPRECHT. *Diss. de admixt. person. extran. in disposit. parent. inter lib. th. 30. f. 99.* & ad ipsam decisionem pontificis prouocat, vbi demum, *duobus aut tribus testibus adhibitis*, vigor dispositioni tali adiicitur, quæ verba necessitatem quandam inuoluere videntur. Pergit, si intentio pontificis fuisset, etiam aliam, quam quæ per duos aut tres testes fit, probationem in proposito admittendi, cum sine dubio clarius vel ideo locutum fuisset, quod illi res fuerit cum iis, qui solennia iuris in his dispositionibus adhibenda esse censuere; nec esse restringendam hanc dispositionem ad *nuncupatiuum* modum testandi; Pontificem generaliter disposuisse, & præterea etiam in aliis quibuscunque testamentis duos vel tres testes cum parcho requisuisse iuxta *c. 10. X. de testam.* imo eadem quoque ratione, ex iure diuino petita, *in cit. text.* vsum fuisse, nec tamen in his solum voluntatis certitudinem sufficere; ius pontificium esset correctorium, adeoque strictè interpretandum, eamque sententiam communi Dd. calculo approbatam esse, quorum ingentem numerum *th. 32. allegat.*

Pontificem  
nullos requi-  
rere testes, ex  
ipsis rationi-  
bus colligitur.

§. XI. Equidem si autoritatibus & præiudiciis foret certandum, ingentem quoque cohortem, contrariæ sententiæ causam agentem producere possemus, quas TIRAQUELVVS, B. STRYKIVS, COVARRVVIAS ad *c. n. cit.* alique in medium produxere, quorum sub clypeo tamen haud pugnabo, sed ex probabilibus coniecturis rem explicabo. Liquet ex ipso textu, pontificem prouocare tum ad *ius diuinum*, tum ad *statuta decretorum*. Ex *iure diuino* adfert vulgatum illud: *in ore duorum* &c. quod vnice, confessione omnium, intelligi debet de re dubia adhuc probanda, non cuius veritas aliunde vel ex *confessione* vel aliunde manifestissima est. Eui-



Euidens ergo est, testes pontificem desiderare solius veritatis gratia, de qua si aliunde, veluti ex scriptura, satis caute adornata, constat, testium depositio superuacua est. *Decretorum statuta* non alia intelligit, quam quæ hinc inde in conciliis de his testamentis disposita leguntur, & praxi confirmata sunt: neque enim in GRATIANI decreto ea de re quid cautum legimus. Censuisse Patres, oblata piis causis quocunque modo rata esse debere, colligitur ex multis monumentis. In concilio Lugdun. c. II. patres ita censuere: quia multæ reuersiones infidelium ecclesiam querunt collatis priuare donariis, id conuenit inuolabiliter obseruari, vt testamenta, quæ episcopi, presbyteri seu inferioris ordinis clerici, vel donationes aut *QUAECUNQUE INSTRUMENTA propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesie, vel quibuscunque conferre videantur, omni stabilitate consistant. Id specialiter statuentes, vt etiamsi quorumcunque religiosorum voluntas aut necessitate aut simplicitate aliquid a SECULARIUM LEGVM ORDINE VIDEATUR DISCREPARE, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere, & in omnibus Deo propitio custodiri.* Solebant quidem chartæ adhiberi, eæque testibus muniti, vt diplomata antiqua, chartæ, & donationes docent, hoc tamen *arbitrarium* erat, imo *sine vlllo chartarum instrumento* subsistebant huiusmodi dispositiones, vt *ex c. 13. concil. Aurel. IV.* colligitur. In *Concil. Paris. III. c. 1.* fit eorum mentio, qui de facultatibus suis per quaslibet scripturas aliquid contulerant: videlicet si *sine vlllo chartarum instrumento* disponerent, ad minimum duo vel tres adhibendi erant testes: Sin in scriptis, *quælibet scriptura* sufficebat. Adeo enim ab omni æuo oblationes ecclesiis factæ, quibus etiam *legata ad pias causas* accensenda inuolabiliter custodiendæ, & seruandæ erant, vt, quod ipse ALEXANDER III. inuenit, *ad subtilitatem legum civilium* haud essent coarctandæ, quam praxin papa confirmare, non nouum ius introducere voluit.

Qui ad conciliorum statuta prouocat & inde explicandus est.

§ XII. Quæ cum ita sint, euidens est, in huiusmodi

Respondetur obiectis.

B 2

dis-



nibus B. Harprechtii.

dispositionibus nihil vterius desideratum fuisse, quam vt de vltima voluntate certo & indubitanter constaret. Virget quidem B. HARPRECHTVS *cit. l. th. 33. n. 8. seq.* Pontificem alios probandi modos vel ideo admittere noluisse, quia etiam in aliorum testamentis prouocat ad *ius diuinum*, & ad veteris testamenti assertum: *in ore duorum* &c. & tamen *parochi & duorum testium presentiam* præcise desiderat in *c. 10. X. de testam.* prout omnes fatentur. Verum in *cit. c. u.* non tantum ad *ius diuinum*, sed etiam ad *generalem consuetudinem* prouocat, qua talia testamenta subsistere affirmat. Non acquieuit in *iuris diuini* ratione, sed *generalem* potissimum *consuetudinem* ecclesie allegauit, eamque *rationabilem* esse ex facris probare voluit. Ideo ergo in testamentis aliorum præcise *presentia parochi cum duobus testibus* erat necessaria, quia hanc formam peculiarem, a lege Romana deuiantem, consuetudo introduxerat, quæ aliam probationem haud admittebat. Si enim secundum solum *ius diuinum* condenda esse testamenta, pontifex asseruisset, parochi presentia minime necessaria fuisset. Eandem autem consuetudinem non trahit ad testamenta ad *pias causas* condita, sed similiter antiquæ praxi, quæ solam *probationem* desiderat, & *iuri diuino*, quod testes non desiderat, vbi aliunde adest probatio, insistit. Vnde facile etiam declinare possumus alias obiectiones, quas B. HARPRECHTVS format, vt euertat argumentum, *vbi sola voluntate certitudo desideratur, ibi qualiscunque probatio sufficit.* Adfert instantiam a testamento parentum inter liberos, tempore pestis condito, & illa singulari forma, quæ in *l. f. C. de fideicom.* occurrit, in quibus non alia *voluntatis certitudo* sufficit, quam iuxta formam præscriptam expressa. Hæc instantiæ tamen non eneruant vim nostri argumenti. In his præscripta est certa forma voluntatem declarandi, nec *sola certitudo* sufficit, quam hic sufficere supra ostendi. Multo minus stringit argumentum a *lege correctoria* desumptum. Ne quidem papa corrigere intendit *ius Romanum*, sed illud ad hæc *testamen-*



amenta trahi non posse contendit. Statutis decretorum in-  
hærendum esse censet, secundum quæ hæ dispositiones  
omnibus solennitatibus solutæ erant. Nec denique metuen-  
dum, hoc modo fraudibus & fallaciis campum aperiri, id quod  
gratis dicitur, cum non quascunque chartas, sed *indubias, cer-  
tas & evidentes* admittamus, quæ æqualem vim probandi cum  
duobus testibus habent *l. 15. C. de fide instrum.* Possunt duo tes-  
tes æque fallere ac charta, & tamen, vbi *sola probatio* sufficit,  
vim probandi in vita civili obtinent. Hinc non dubitavit ill.  
Facult. Iurid. *Mens. Aug. 1716.* secundum hanc sententiam pro-  
nunciare:

Sententia no-  
stra responso  
illustratur.

Haben unterschiedliche Zeugen eydlich ausgesagt, daß der verstor-  
bene Herr Hauptmann von M. in N. dem Waisenhause zu Halle  
1000. Rthlr. per fideicommissum beschieden und es seiner Frau  
Mutter, so sein hæres ex alle gewesen, vor seinem Ende declariret,  
auch dieselbe solches vor ihren Ende bekennet, ja noch kurz vor ihrem  
Absterben contestiret, daß es allerdings dabey verbleiben solte, und  
denn dabey gefraget wird:

Ob nicht die M. Erben gemeldte 1000. Rthlr. nebst dem in-  
teresse moræ dem Waisenhause abzustatten schuldig  
seyn?

Ob nun wohl aus des Herrn Inspectoris N. Aussage *ad artic. addit.*  
I. erhellet, daß die Frau Mutter des Herrn Hauptmanns und Erben  
hiebey variiret, und was sie anfänglich ratione fideicommissi ge-  
standen, nachgehends reuociren wollen, also keine constans con-  
fessio hæredis allhier zu finden seyn möchte, welche doch denen Rech-  
ten nach erfordert wird

*l. f. C. de fideic.*

*S. f. I. d. fideic. hered. in f.*

in deren Ermangelung die leges verordnen, daß alsdann der Er-  
be das iuramentum iudiciale darüber abschweren, und sein Ge-  
wissen eröffnen müsse, so doch nicht mehr geschehen kan, nachdem die  
Frau Mutter des Herrn M. auch verstorben, und die Aussage der Zeu-  
gen über solche der Frau Mutter des Herrn Hauptmanns confes-  
sion



sion post factam reuocationem nicht zulänglich zu seyn scheinen  
will

per ea, quæ tradunt RICHTER *decif. 62. n. 20.*

HARPRECHT *de remed. l. f. C. de fideic. c. 8. th. 5. n. 10.*

*seqq.*

Weil aber dennoch hier eine dispositio ad pias causas vorhanden,  
welche dergestalt privilegiert ist, daß dabey weiter nichts als sola  
voluntatis certitudo erfordert wird, adeo vt si per duos testes  
voluntatis nuncupatiuæ declaratio haberi possit, illa omnino  
valeat

*c. 11. X. de testam.*

B. STRYK. *de caut. testam. c. 12. §. 1. seqq.*

und obwohl einige præcise præsentiam duorum vel trium testi-  
um in genere erfordern,

LVDWELL. *d. ult. vol. c. 3. p. 349.*

FINCKELTH. *obs. 87. n. 31.*

dennoch hier solches keine Irrung und Zweifel machen kan,  
indem die Frau Inspectorin *ad art. 8.* iurato ausgesagt, daß der  
Herr Hauptmann von M. zu ihr gesagt, daß er in seinen außersichen  
Dingen alles richtig gemacht, und solches halb nach N. halb aber  
denen zu Halle befindlichen Armen zu fallen solle, welches, daß es  
1000. Rthlr. gewesen, die Frau Mutter gegen gedachte Zeugen bes-  
kannt, ingleichen I. F. de N. eydlich ausgesagt, daß 2000. Rthlr. den  
Armen zu fallen, und 1000. Rthlr. dem obgedachten pio corpo-  
re, die andere 2000. Rthlr. aber den Armen zu Halle zu fallen sol-  
ten, dabey denn der Testator bey vollkommenen Verstande gewe-  
sen, und also ratione voluntatis kein Zweifel vorhanden; ins beson-  
dere aber dabey zu erwegen, daß der Herr Hauptmann von M. sol-  
ches zu seiner Frau Mutter als Erbin gesagt, und sie solches nach sei-  
nem Tode bekant, auch contestirt, daß sie demselben nachkommen  
wolle, welche confessio abermahls so wohl durch Aussage des Herrn  
Inspectoris N. *ad art. 4. 9. §. V.* und dessen Ehelebste *ad art. 13.*  
als Herr N. Aussage *ad art. 10. §. II.* erwiesen wird, welches in  
fideicommissio ad pias causas gnug seyn kan, cum præterea si  
he-



haeres ultro, aperte & simpliciter confiteatur, a se aliquid relictum esse, id omnino praestare cogatur.

§. f. I. de fideic. hered. in f.

HARPRECHT *cit. l. §. 3. n. 1. seqq.*

und obwohl die Frau Mutter nachgehends hiebey neuen Zweifel machen, und ihre confession reuociren wollen, bey welchen Umständen einige Dd. præcise das iuramentum hæredis erfordern, denn noch solches allhier keinen Zweifel operiren mag, da eines theils sie nachgehends auf dem Todt-Bette ihre vorige Aussage wieder bekräftiget, und daß ihres Sohnes Wille wegen des qu. fideicommissi allerdings erfüllet werden müsse, contestirt, wieder Herr Inspector N. ad Art. 1. 2. & 3. ausgesagt, andern theils auch ipsa vltima voluntas schon auffer diesen durch 2. Zeugen erwiesen werden kan, und auch sonst bekant ist, quod ipsa confessio extrajudicialisa duobus integræ fidei testibus probata plenam vim probandi habeat,

HARPRECHT. *cit. l. §. 8. n. 6. seqq.*

welches in gegenwärtigem casu, vbi sola probatio naturalis desideratur, allerdings genug ist, ob wohl in andern legatis hierbey noch einiger Zweifel nach des Harprechti doctrin gemacht werden könnte; endlich auch dergleichen legata ad pias causas promptissime getahlet werden müssen, und wenn solches nicht geschiehet, der Erbe nicht allein ad interesse moræ præstandum, sondern auch denen Nechten nach ad duplum exsoluendum condemnirt werden kan.

Nov. 131. c. 12. §. 26. I. de action.

So erhellet hieraus so viel, daß die M. Erben die gemeldte 1000. Rthlr. cum interesse moræ dem obgedachten piol. corpori in Halle abzuragen schuldig sind etc.

§. XIII. Inde concludunt 1) ex testamento imperfecto, cui clausula codicillaris subiecta, in quo non pia causa, sed alius est institutus haeres, prætereaque alia legata data, & ita respectu horum solennia testamenti & codicillorum præscripta erant necessaria, deberi legata ad pias causas, si vel

Ex testamento imperfecto debentur legata ad pias causas.

ma-



maxime pauciores quam quinque testes, vel nulli adfuerint, quia ita ab intestato vi adductæ clausulæ hæc legata pia debentur. MANZ. in spec. iur. commun. voce pia causa n. 30. COVARRVV. ad C. cit. n. X. de testam. n. 4. Non utar argumento ex l. 38. de fideic. libert. desumpto, quod minus probat. Dederat testator testamento imperfecto alumnae suæ libertatem & fideicommissa. Omnia liberi ut heredes ab intestato præstiterant, quia pater in testamento etiam liberos ab intestato rogauerat, ut contextus indicat, & præterea constat, fideicommissa ex testamento imperfecto soluta reperi haud posse. Libertatis priuilegium nullibi a nexu legum ciuiliū solutum est, ut hæc legata, quæ per se subsistere possunt, licet alias testamentum ita imperfectum sit quoad alia, ut nequidem IURE CODICILLORVM valere queat. Obstat quidem, quod ex imperfecto testamento nec legata vel fideicommissa debeantur l. 23. d. leg. 3. l. 11. §. 1. eod. l. 29. pr. qui test. fac. poss. & quod non adita ex testamento hæreditate omnia corruiant. Verum a) hoc facile admitto, ex ea scriptura, quæ ad testamentum faciendum parabatur, sine blosse chartæque nec tamen perfecta est, nihil deberi, quia non constat, testatorem eam scripturam pro testamento aut codicillis habere voluisse, cum indubia voluntas adesse debeat. Quid vero si scriptura perfecta est, si clausula codicillaris ei subiecta? & defectus tantum adsit in solennibus, annon tunc legata ad pias debentur causas? β) olim legata non aliter subsistebant, quam testamento perfecto, & quamuis γ) fideicommissa ab intestato quoque valebant, si tamen testator per testamentum illa ordinare volebat, nec constabat de animo codicillando, valere non poterant, testamento deficiente, præsertim cum & fideicommissa non debeantur ex nuda voluntate, sed quinque testium numerum desiderent. Diuersa est ratio legatorum ad pias causas, quæ facilius subsistere possunt, absque adminiculo solennitatum, nec hodie ad legum ciuiliū solennia, ut cætera legata & fideicommissa, coarctanda. Collapso



testamento cætera quidem testamenti capita corruunt, quæ iuris civilis desiderant auctoritatem, quæque ex valore testamenti & codicillorum vim accipiunt, adeo ut nec Imperator legata & fideicommissa petere possit, l. 23. d. leg. 3. non vero ea, quæ per se subsistunt citra testamenti vel codicillorum solennia. Breuiter, si clausula codicillaris tali testamento subiecta est, quod tantum quatuor testibus est munitum, valent solummodo legata ad pias causas, non alia, cum ne quidem respectu horum codicillorum requisita adsint.

§. XIV. Fuit quoque 2) ex hætenus dictis, legata quæ ad pias causas valere ex testamento parentum inter liberos privilegiato condito. Id multis argumentis in dubium vocat B HARPRECHT. cit. l. §. 25. sq. id quod non potuit non facere, quia duos testes ad minimum in legatis ad pias causas desiderat, cuius contrarium supra adstruxi. Addit in testamento parentum inter liberos, tum ecclesiam tum alia pia corpora pro personis extraneis haberi, quod eo minus dubium videtur, quia sub extraneis omnes illi in Nou. 107. c. 1. veniunt, qui ex descendentibus non sunt. Hoc adeo expeditum est, ut ne quidem libertates ex eo testamento subsistant, quam tamen magnus fauor est, multominus ergo legata ad pias causas ex eo subsistent, cum libertas & pia causa æquiparentur, imo fauorabilior causa libertatis, quam pia causæ dicatur. Verum iam supra annotavi, argumentum a libertate ad piam causam non esse admittendum, maxime in hoc casu, cum nullibi legatum libertatis solennibus legis exemptionem sit, sed æque ut alia legata quinque testes desideret, quos tamen legatum ad pias causas haud exigit. Deinde admittere possum, piam causam inter extraneas personas referendam esse, sed non illas, quibus sine testibus nihil legari potest. Has vnice Imperatorem exclusisse, vel inde liquet, quod in cit. Nou. 107. c. 1. respectu earum testium copiam desideret, quod de illis tantum debet accipi, quarum intuitu testes in legatis requiruntur. Et quia tempore IVSTI-

Valent quoque legata pia ex testamento parentum inter liberos.

C

NIA.



NIANI legata ad pias causas excepta non erant, admitto, IUSTINIANVM etiam hæc in *cit. Nou.* non exegisse. Postquam vero iure Canonico singulari iure excepta sunt, vt testium numerum non requirant, IUSTINIANI dispositio ad hoc ius accommodanda, indeque ei exceptio danda est.

Filius familias etiam ad piam causam disponere potest.

§. XV. Alterum privilegium legatis ad pias causas tributum occurrit in *c. 4. de sepulturis* in *6. vbi filiusfam.* pro anima sua legare consensu patris permittitur. *Quamuis autem filiusfam. absque patris assensu sibi possit libere et gere sepulturam, pro anima tamen sua (nisi peculium castrense, aut quasi habeat) aliquid iudicare non potest.* Addunt adhuc alii, in genere iure civili inhabiles ad pias causas disponere posse, tum quod constant. *L. 1. C. de SS. Eccles.* sine discrimine *omni uique licentiam hanc concesserit,* tum quod legata ad pias causas in *c. 11. dispositioni iuris civilis exempta sint.* vid. RICCIUS in *praxi aurea* in *part. 4. ref. 89.* Equidem quod ad filiosfam. attinet, ex adducto textu liquet, quod cum consensu patris pro anima sua disponere possit, de aliis vero idem dicendum non videtur, vt recte WUESTNERVS in *Instit. Canon. ad Tit. X. de testam. n. 21. docet.* Sane argumentum ex *l. 1. cit.* contrariæ sententiæ non fauet, quod de *unoquoque* habili intelligi debet, multo minus argumentum ex *cap. cit. 11.* stringit, quod vnice solemnia remittit, quoscumque autem, etiam inhabiles, ad testandum non admittit. Quod si id Pontifex quoque intendisset, BONIFACIUS VIII. in *cit. c. 4.* simpliciter filiosfam. ad disponendum pro anima admisset, in quo actu tamen patris assensum requirit.

Non subiecta sunt hæc legata detractioni Falcidia.

§. XVI. Tertium privilegium concernit detractionem Falcidiæ, quod fundatum est in *Nou. 11. c. 132.* his verbis: *Si autem heres, que ad pias causas relicta sunt, non impleuerit, dicens, relictam sibi substantiam non sufficere ad ista; precipimus omni Falcidia vacante quicquid inuenitur in tali substantia proficere provisioni sanctissimi locorum Episcopi ad causas, quibus relicta sunt. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquatur causas, iubemus intra* sex



Sex menses ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi, quibus relictum est. Iure veteri etiam, quod Deo legatum erat, Falcidæ subiacebat l. i. §. 5. ad L. Falcid. adeoque quod in verbis adductis cauetur, ad iura recentiora referendum est. Id autem potissimum in quæstione est, vtrum simpliciter detractio L. Falcidæ in his legatis cesset, an vero eo demum casu, si hæres in mora præstandi illa fuerit? Posterius *CVIACIO in expost. Nou. 131.* placuit, & ita quoque BALSOMONEM Iustiniani sententiam accepisse ait, vt hæres non frustrator etiam emolumento Falcidæ gaudeat. Quicquid vero BALSAMON suo tempore censuerit, non huius, sed IUSTINIANI sententia perpendenda est. Sane ex nullo indicio liquet, de casu *moræ IUSTINIANVM* tantum disposuisse, cum in *cit. Nou. 131. c. 12.* de casu *moræ* demum in subsequente periodo, *si autem distulerit*, disponatur, primo autem periodus etiam de casu, vbi nulla mora est, commode accipi queat. Supponit Imperator casum, vbi hæres ad pias causas relicta id eo implere recusat, quia allegat, relictam sibi substantiam ad ista non sufficere. Hæc exceptio eo tempore omnino legitima erat, quia ante hanc *Nou. piis causis* hoc privilegium datum non erat. Iustissime ergo præstationem legati declinare poterat, exceptione legis Falcidæ opposita, quæ ius *retentionis* hæredi præbebat, adeoque moram omnem impediēbat, quia, qui iure *retentionis* vitur, in mora esse non videtur. Illam ergo expositionem nouo prorsus iure amputandam esse censuit Imperator, vt simpliciter sine detractioe quartæ talia legata præstanda sint, prout optime declarat DN. PAGENSTECHER *in sciliment. manip. 3. p. 292.* Sane si de casu *moræ* tantum disposuisset Imperator, non opus fuisset in subsequente periodo: *Si autem distulerint:* de nouo illud exprimere. Proinde etiam *Authent. similiter C. ad L. Falcid.* indistincte detractioem Falcidæ in legatis ad pias causas excludit, imo dissentientes ipsimet fatentur, in praxi quoque eandem

Et quidem in  
distincte.



obseruari sententiam. vid. B. STRYK. *in caut. Testam. c. 22. membr. 3. §. 1. in fin.*

Quandoque  
tamen detra-  
ctioni locus.

§. XVII. Plures tamen afferunt limitationes, quibus hoc privilegium legatis ad pias causas denegant, quas congestit ANDR. TIRAQUELLVS *de priuil. pie causæ priuil. 26.* quas paucis examinabo. Præter casus est, si adhuc ignoratur, vtrum ad piam causam legatum peruenturum sit, utpote si Titio Bibliotheca legata cum onere illam restituendi Academiae, si sine liberis decesserit. Pendente hac conditione detrahi respectu Titii potest Falcidia, ut tamen heres caueat de restituendo eueniente conditione quod detrahit, *argumento l. 45. in fin. ad L. Falcid.* Quamuis enim immediate hoc legatum non ecclesiae seu pie causæ, sed Titio relictum sit, quia tamen eueniente conditione pie causæ restituendum est, per indirectum hæc suum privilegium amitteret, si detraçtio facta haud reuocari posset. Alter casus est, si æque pia causa hæres instituta fuerit, cum privilegiatus contra privilegiatum non utatur privilegio suo, vbi par privilegiorum est conditio. Accedit, quod hoc privilegium ideo datum sit pie causæ, ut eius commodis plenissime prospiceretur, qui finis etiam obtinetur, si pia causa hæres instituta quartam detrahit, cum & hoc emolumentum lucro pie causæ cedat. Tertius casus est, si etiam detracta Falcidia voluntas defuncti commode impleri possit, utpote si ad certum & definitum usum, forsitan ad capellam extruendam quid legatum est, & detracta etiam Trebellianica tantum adhuc superest, quantum ad eius extruccionem sufficit. Sed de hoc casu merito dubito, cui generalis fauor pie causæ, qui hoc privilegium protulit, resistit, nec præterea generali iuris dispositioni conueniens est. Quartus casus est, si omnia legata coniunctim sumpta exsuperent vires patrimonii, quo casu ab omnibus legatis & sic etiam ad pias causas relictis illud detrahendum esse censent, quod non adest, & postea demum quar-



quartam a reliquis legatis ad non piam causam relicta, de quo casu tamen rursus dubito. Fac enim testatorem, deductis deducendis, in bonis habere mille thaleros, & ad 200. legata, & inter hæc ecclesiæ 100. reliquisse, huic integra centum debentur, & de reliquis tantummodo id, quod ad supplendam quartam hæredi deest, detrahendum, quo ipso simul detrahitur, quod in hæreditate non adest, ut tamen hæredis detrimento cedere debeat, quod a legato ad piam causam detrahere nequit. Vitimus casus est, si hæres in testamento expresse detractionem Falcidiæ etiam quoad legata ad pias causas hæredi permisit; quod admitto, cum qui lucrum ex testamento capit, voluntatem quoque defuncti agnoscere teneatur.

§. XVIII. Vtrum vero hoc privilegium etiam ad Trebellianicam trahi possit, veluti si quis grauatus sit post mortem suam hæreditatem ecclesiæ restituere, non adeo liquidum est, ut patet ex illis, quæ hac de doctrina tradit *TIRACQUELLVS priuil. 27.* vbi tandem concludit, idem privilegium etiam in Trebellianica obtinere ex communi *Dd.* sententia in praxi recepta. Eandem sententiam defendit *CARPZ. L. 6. resp. 25.* ex his rationibus 1) quod Trebellianica ad *exemplum & imitationem Falcidiæ* introducta sit, & sic appellatio-  
ne Falcidiæ etiam Trebellianica contineatur *L. 8. u. de inoffic. test.* 2) Quod fideicommissi maior quam legati fauor habeatur, adeoque si legata ad pias causas detractioni non subiacerent, multo minus quoque fideicommissa vniuersalia. 3) Quod cum *Iustinianus in Nou. 1.* Falcidiam pariter & Trebellianicam prohiberi promiserit, credi etiam debeat, testatorem in fideicommissis vniuersali eam tacite prohibuisse. In negatiuam alii abeunt *c. 1. test. in 6.* vbi *BONIFACIUS VIII.* tantum detractionem Trebellianicæ in *directa* seu *pupillari substitutione* locum habere censet, ex quo a contrario sensu inferunt, deductioni Trebellianicæ locum esse, si substitutio fideicommissaria ad piam causam facta est. Verum hoc argumentum

An Trebellianicæ detractioni locus sit in fideicommissis pias vniuersalibus.



non est inevitabiliter stringens, vt IASON existimauit, partim quod vis argumentandi a *contrario sensu* non stringat infallibiliter, partim quod verba citati textus non de *Trebellianica proprie dicta*, sed de *legitima* potius intelligi debeant, prout Pontifex ipse declarat his verbis: *Absque deductione Trebellianice siue partis iure nature debite facienda ipsis pauperibus bona omnia deferuntur.* In seqq. hoc declarat, & sibi hanc obiectionem, quod *matri tamen legitima debeatur*, format, eamque ita resoluit: *Licet autem filius testamento suo matrem portione iure nature debita priuare non possit: Pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest.* Ex quibus verbis liquet, sub appellatione *Trebellianicæ legitimam* intellectum fuisse, eodem modo, quo in *l. 5. §. 3. C. ad L. Iul. Maiest.* sub nomine *Falcidie* venit. Quæ cum ita sint, priuilegium, *Falcidicæ* datum, etiam *Trebellianicæ* datum censent, cum admodum probabile sit, *IUSTINIANVM* idem in *Trebellianica* hoc casu disponere voluisse, quod in *Falcidia* disposuit, quæ res effectisse dicitur, vt hanc sententiam in praxi plerique *Dd.*, præsertim *duas quartas §. 106. LAVTERB. ad T. ad Scutum Trebell. §. 39. SCHILT. exercit. 40. §. 28.*

Affirmatiua  
sententia con-  
tra Carpzo-  
uium defen-  
ditur.

§. XIX. Quamuis vero ex cit. c. i. nullum validum deduci possit argumentum, non tamen omnis ratio dubitandi est sublata. Saltim nec *CARPZOVII* argumenta stringunt. Ratio prima per instantiam euertitur, quod ipsa *legitima* nonnunquam dicatur *Falcidia* & *Trebellianica*, non tamen ab his ad illam in hoc casu argumentum trahi queat, quod ipse *HARPRECHTVS* fatetur. Ratio secunda omni fideicommissio non competit, dum non raro fideicommissa odiosa dicuntur, prout interpretes obseruant, *FVSARIVS qu. 290. KNIPSCHILD. de fideicommiss. fam. c. 7. n. 81. HARPRECHT. Conf. l. n. 50.* & tantum fideicommissa familiæ inter fauorabiles causas referuntur, præterea non omne, quod quodam fauore gaudet, nouis muniendum est priuilegiis præ;



præter legis determinationem. Vltimæ rationi ipsemet  
CARPZOVIVS parum fedit; cum ipsemet *lib. 6. resp. 60.* doceat,  
 prohibitionem Falcidiæ & Trebellianicæ tacite fieri non posse,  
 sed expressam & indubitam voluntatis certitudinem deside-  
 rare. Accedunt vero vterius hæ rationes *α)* quod Trebellia-  
 nica nullibi in fideicommissis vniuersalibus ad pias causas prohi-  
 bita sit, & sic regulæ tamdiu stari debeat, donec contrarium  
 doceatur, præsertim cum privilegium in vno casu introductum  
 ad consequentiam non sit trahendum, & aliunde constet,  
 Trebellianicæ & Falcidiæ non vbiq; eadem esse iura.  
*β)* Quod etiam non desint rationes, propter quas IUSTINIANVS  
 idem, quod in Falcidia statuerat, ad Trebellianicam extende-  
 re noluerit. In legis ad *pias causas* hæredi adhuc salua est de-  
 trahio quoad reliqua legata extraneis relicta, adeoque sine hæ-  
 reditario commodo hæreditatem non adit; In fideicommissio  
 vniuersali aliud obtinere videtur. Vel enim istud hæres sta-  
 tim restituere piæ causæ tenetur, vel, quod plurimum  
 fit, post mortem suam. Priori casu si fiduciarius Trebelliani-  
 cam non detraheret, hæres *nomine nudo*, non re ipsa offer;  
 & ne obolum quidem ex hæreditate percipere posset, quod  
 testatoris intentioni vix videtur conforme, cum, qui hæredem  
 esse vult, cum effectu id voluisse videtur. Posteriori casu ra-  
 rius detractioni locus erit, quod fructus percepti in Trebellia-  
 nicam imputentur, quæ vt plurimum quartam exhauriunt.  
 Nec de *liberis* aliud dicendum arbitror: nam si statim restituere  
 hæreditatem ecclesiæ iussi sunt (quorsum etiam pertinet, si pa-  
 ter prætorio filio ecclesiam hæredem instituit, subiecta clausu-  
 la codicillari, cuius virtute filius ab intestato fideicommissio gra-  
 uatus censetur) legitimam tantum detrahunt, cui Trebelliani-  
 ca iam inest; si post mortem suam, vtramque quidem detra-  
 hunt, sed in Trebellianica fructus hodie imputari debent, se-  
 cus ac olim, quo Trebellianicæ ipsa inerat legitima, *l. 6. C. ad  
 Sc. Trebell.*



In casu moræ  
duplum præ-  
standum.

§. XX. Quartum priuilegium indubitatum est, quod ei tribuit Imperator in casu moræ & inficiationis. Equidem de casu moræ in Nou. 137. c. 12. hæc cauentur: *Si autem distulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi præbere legatum, & fructus & usuræ & omne legitimum exigatur augmentum a tempore mortis eius, qui hoc reliquit.* Verum hoc quoque in cæteris legatis iuris est, nec ius singulare continet. Id autem merito iater priuilegia eius refertur, quod traditur §. 19. I. de action. Ait imperator: *Item mista est actio contra eos, qui relictæ sacrosanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommissi nomine dare distulerint, usque adeo, ut etiam in iudicium vocarentur, tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relictæ est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum eius fit condemnatio, conf. l. 46. §. 7. C. de Episc. & Cler.* Mora ergo extraiudicialiter contracta non sufficit, sed iudicialiter contracta ad hunc effectum, ut duplum peti possit, desideratur. Quamuis vero de praxi actionum mixtarum dubitent, & de plurimis forsan admitti possit, quod magis hodie criminaliter quam ciuilitèr agatur, & plerumque delinquens pœnam dupli vel quadrupli soluere non possit, ad hunc tamen casum facilius applicari potest, quod hæres satis idoneus sit, ut ex bonis defuncti duplum soluere teneatur. Similiter in casu inficiationis, crescit in duplum per §. 7. de oblig. quæ quasi ex contract. nasc. §. 23. I. de action. Præterea etiam indebitum solutum non repetitur iuxta regulam in §. 7. c. positam: *ex quibus causis inficiando litis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non potest.* Hanc regulam tam generaliter intelligere solent, ut etiam conditionem in legatis his excludant, si vel maxime nulla interuenit inficiatio. Aiunt, qui soluit indebitum, non tam indebitum soluissè, quam de dubio litis euentu, qui in duplum crescere poterat, transegisse videtur, quæ ratio merito HYBERO ad cit. tit. §. 12. obscura videtur. Quem enim dubium litis euentum expectare potuit, qui haud inficiatus est, sed aliam probabilem litigandi causam habuit, ut ne quidem



dem in mora fuisse dicendus sit? Qui soluit hoc casu legatum, potuit etiam sine omni iudicio & contentione solvere, imo statim adita hereditate id prestare sine vlla mora & inficiatione, vbi nullum periculum dupli ei imminebat. Quis vero assereret, heredem soluentem legatum transegisse, qui nullam litem noiuic, sed iusto errore ductus putauit, plus, quam reuera est, ecclesie legatum fuisse. Fac, in testamento ecclesie legatos esse mille thaleros, promptum esse heredem in soluendo, prestare statim legatum integrum, post paucos dies reperire codicillos, in quibus ecclesie 500 thaleri detracti sunt, quis diceret, soluentem hoc casu transegisse nec posse conditionem in debiti amittere, si inficiatus est legatum, postea autem conuictus & in duplum condemnatus, plus per errorem soluerit, quam, quod debebat, quo casu in poenam inficiationis, id quod indebite soluit, haud repetit. Hoc modo intellecta IVSTINIANI dispositio excusari potest ab omni iniquitate, quia mendax nullo fauore dignus est, sed merito etiam hodie puniendus, ne simus mitiores in tolerandis mendaciis, quam Romani.

§. XXI. Quintum privilegium iis tributum est in l. 28. Executio horum legatorum commissum est episcopis.  
 § l. 46. 49. C. § episc. de cler. § nou. 131. c. 11. vbi executio huius legati commissum est episcopis illius loci, ex quo testatorum traxit, si testamentarii executores deficiant, quorum est exigere, quod pie cause relictum est, & pium defuncti propositum sine vlla cunctatione implere. In omnibus, ait imperator in nou. 131. c. 11. talibus pie voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant, licet precipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis, habere ab hoc aliquid participium, conf. auhent. licet. C. de episc. § cler. Constat ex antiquitatibus ecclesiasticis, episcopos exemplo apostolorum, qui in ecclesia Hierosolymitana curam bonorum, pauperum vrbis destinatorum, gerebant, administrationem bonorum ecclesiasti-

D

fasti-



ftaficorum olim habuisse, & sibi præcipuam curam pauperum, miserabilium personarum, & eorum, qui in captiuitate sunt, vindicasse. Ait IUSTINVS Martyr in *Apol. 2. in fin. qui copiosiores sunt & volunt, pro arbitrio quoque suo, quod visum est, contribuunt, & quod ita colligitur, apud præpositum deponitur: atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum aut aliquam aliam causam egent, quique in vinculis sunt, & peregre aduenientibus hospitibus, & vt simpliciter dicam, indigentium is omnium curator.* Hinc nihil conuenientius erat, quam episcopo horum legatorum, quæ vel in redemptionem captiuorum, vel in alium vsum pium relicta sunt, executionem demandare, vt nec testator eam illis adimere possit, nisi ipsemet alios dederit executores. Idem confirmat GREGORIUS IV. inc. VI. X. de testam. cum in omnibus pijs voluntatibus sit per locorum episcopos providendum, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant, licet etiam a testatoribus id contingeret interdici, mandamus, quatenus executores testamentariorum huiusmodi, vt bona ipsa fideliter & plenarie in vsum prædictos expendant, monitione præuia compellas. Imo licet episcoporum officium executoriale cessare videatur, testamentariis datis executoribus, non tamen in totum cessat, sed adhuc providere debent, vt hi quoque non desint officio suo, atque quin amittunt omne lucrum, quod eis intuitu huius officii est relictum. Ita accipio verba citat. *Nov. 131. c. 11. Si autem qui hoc facere iussi sunt, executores scilicet testamento constituti, semel aut secundo a beatissimo locorum episcopo, aut eius æconomis per publicas personas admoniti distulerint, que disposita sunt & implere iubemus, eos omne lucrum relictum eis, ob officium, quod in executione gerunt, ab eo, qui hoc præceperit, amittere, & locorum episcopos omnes res cumctis pijs causis distributas cum fructibus & augmentis mediũ temporis, & merito lucro vindicare.* Non de hereditate integra heredi auferenda hic fermone esse, vel inde patet, quod speciatim *lucri*, quod executoribus pro præstita opera relinqui solet, mentio fiat, eius-

Quietiam in-  
 spectionem  
 habent in te-  
 stamentarios  
 executores.



eiusque priuario negligentibus decernatur. Quomodo autem contra *morosos heredes* procedi debeat, indigitatur *cit. Nou. c. 12.* & speciatim in *l. 46. C. de episc. & cler.* specialissime determinatur, quale officium episcoporum hoc casu esse debeat, quae omnia *ex cit. l.* excerpere non vacat.

§. XXII. Ex quibus iuris dispositionibus & illud fuit, 1) episcopum, seu iudicem ecclesiasticum, & apud protestantes consistoria pro *conservatione & executione* legati pii *ex officio* vigilare & laborare debere, vt, nemine etiam agente & postulante, consistorium citationes decernere, & causa cognita, vt in criminalibus, rem dicere possit, vt recte censuit *TIRAQUELLVS cit. tr. priuil. 57.* & imprimis dispositio *l. cit. 46.* confirmat. 2) Etiam *magistrarum secularem* pro horum legatorum *conservatione ex officio* vigilare debere. Tam solliciti fuere olim Imperatores pro legatorum piorum executione, vt etiam hoc munus cuiuscunque magistratui demandauerint, *l. 28. in f. C. de Episc. & Cler.* cum olim sane hæc pia liberalitas, vt vocatur in *l. 46. §. 6. eod.* ad vsus vere pios applicata fuerit. Ita censuit etiam *ill. Facult. Iurid. mens. dec. 1711.* in casu, quo super legato in vsus viduarum pauperum relicto controversia coram magistratu erat mota, & hic pronunciauerat, forem ipsam in iudicio deponendam esse, id quod reo, qui forem hanc per iniuriam hætenus detinuerat, admodum graue videbatur, & ita interposita leuteratione sententiam reformatariam, sed frustra, sperauerat. Rationes decidendi erant sequentes.

Ob wohl Beklagter sich dadurch grauert zu seyn vermeinen wolten, daß er 1) zu Bezahlung des Hößl. legati von 100. Gulden, nebst denen von Anno 1692. versallenen Zinsen dergestalt condemnirt sey, daß er solche in die Gerichte lieffern müssen, da doch die Klägerin kein Fundamentum agendi habe, und sich in dem Anno 1692. gemachten Caution nicht gründen könne, als welches ein Instrumentum inter alios mitum seye, er sich auch darinnen nicht obligirt, daß er einer Wittuen solche 100. Rthlr. resti-

Magistratus ecclesiasticus pro conseruando hoc legato ex officio sollicitus esse debet.

vt & secularis.



restituiren wolle, daher das Gerichte solche 100. Rthlr. vor sich nicht in depositum nehmen könne. 2) Daß der Eyd nicht deferirter massen in sententia exprimirt, wobey er sich doch erklärt, daß er nun mehr nicht über 86. Gulden, sondern 50. Thlr. zu schweren bereit sey. 3) Daß die edition des Köfl. Testaments ihm auferleget sey, da er doch nicht Testamentarius sey, auch solches nicht in Händen habe. Dieweil aber dennoch aus dem ad acta gegebenen Schein de anno 1692. deutlich erhellet, daß N. die Köfl. legat Gelder vor seine Mutter, als damalige Wittwe, empfangen, auch solche nach ihrem Tode zu restituiren versprochen, und, da solches Capital zum Unterhalt nothdürftiger Wittwen constituiret sey, nicht in Abrede seyn kan, mithin alhier ein Legatum ad pias causas vorhanden, cuius conseruatio magistratui quoque incumbit.

*arg. l. 28. in f. § l. 46. § 49. C. de Episc. Nou. 131. c. 11.*

adeoque magistratus etiam ex officio ad obsequium vltimæ voluntatis compellere potest debitores.

*l. 46. cit. l. 50. in f. de hered. per. c. 19. de testam. Oldend. de exc. vlt. vol. § 7.*

Welches alhier um desto mehr zu attendiren, da doch nicht ausgemacht, ob N. Testamentarius sey, und also ad instantiam die Klägerin der Magistratus den Beffl. und Leuteranten wohl anhalten und condemniren möge, die Legat-Gelder cum vsuris in die Gerichte zu legen,

*Clem. vn. de Testam.*

*Lauterb. de exec. vlt. vol. c. 9. n. 159.*

welches auch so gar nemine vrgente ex officio geschehen mögen,

*Idem cit. l. n. 167.*

mithin es alhier nicht darauf ankommt, ob die Klägerin ein Fundamentum agendi habe, oder nicht, welches sich nachgebend, wenn das Testamentum edirt ist, schon finden wird, ic. so hat geschehener massen erkannt werden müssen. 3) Quoscunque, qui quocunque modo horum legatorum noticiam acciperunt, magistratui deferendi liberam habere facultatem; nec addunt

Quilibet ex  
populo ius de-  
ferendi hæc le-  
gata habet.



addunt Imperatores in *l. 28. in f. C. de Episc. & cler. delatoris no-*  
*men, suspicionemque formident, cum fides atque industria eorum*  
*sam laude, quam honestate, ac pariter pietate non careat, cum*  
*veritatem in publicas aures lucemque deduxerint. Habetur er-*  
*go causa horum legatorum publica, in qua denunciatio civili-*  
*bet integra est, quin 4) ad instar popularis actionis cuius de po-*  
*pulo permittum est, de his legatis exequendis & conseruan-*  
*dis agere. Ait IVSTINIANVS in l. 46. §. 6. C. de Episc. & Cler.*  
*cuiusque civium licentia erit idem facere, cum sit eadem com-*  
*munis pietatis ratio, communes & populares decet etiam affectio-*  
*nes constitui harum rerum executionis, habituro unoquoque li-*  
*centiam ex nostra hac lege mouere ex lege conditiam & postu-*  
*lare relicta adimpleri. Idem repetit IVSTINIANVS in Nou. 131.*  
*c. 1. in f. aiens: omni alii licentia sit, huiusmodi mouere questio-*  
*nem & studere, vt modis omnibus cause pie compleantur. 5) In-*  
*de quoque in Clem. vnde de testam. porro cautum est, vt lo-*  
*corum ordinarii, quales sunt episcopi, a quibuscunque reli-*  
*giosis etiam exemptis de suscepto executionis officio teneantur*  
*reddere rationes, quamuis aijas ordinarii in exemptos nullam*  
*exercere possint iurisdictionem. Denique 6) si episcopi ani-*  
*maduerterint, administratores horum legatorum pessime in iis*  
*versari, integrum eis est, eosdem expellere, & alios instituire,*  
*cum sint constituti, & administrationem eorum inspiciant &*  
*obseruent l. 46. §. 3. C. de Episc. & Cler. id quod in nostris terris*  
 Confistorio incumbit.

Imo etiam  
agere potest.

Inspectio in  
administrato-  
res episcopo  
demandata.

§. XXIII. Hactenus de executoribus: pergo ad here-  
 des, quibus implementum simpliciter iniunctum est, non  
 datis executoribus. Equidem iam supra monitum est, quo-  
 modo cum morosis heredibus procedi queat, quibus etiam il-  
 lud addo ex *l. 46. §. 4. C. de Episc. & Cler.* quod mora in his  
 legatis ipso iure contrahatur, quoad effectum vsurarum alia-  
 rumque accessionum, etiam sine interpellatione statim a  
 tempore mortis, id quod tamen ad alia nomina ecclesiastica  
 trahi non posse ostendit Dominus PRAESES in *Diss. de nomin.*  
*eccles.*

Quomodo  
contra moro-  
sos heredes  
procedatur.



*eccl'es. c. §. 29.* Præterea quoque grauior poena imminet hæredi ex *c. 6. X. de testam.* vbi ita cautum: *Si hæredes iussa testatoris non adimpleuerint; ab episcopo loci illius omnis res, quæ his relicta est, canonicè interdicitur, cum fructibus & cæteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.* De *legatis ad pias causas* in *hoc c.* fermonem esse, rectè animaduertit GONZALEZ *ad cit. text. in 6* tam quod *votorum defuncti* hic mentio fiat, tam etiam quod episcopo hic deferatur executio, quæ non in aliis, quam in *legatis ad pias causas* ei demandata est. Cæterum videntur patres concilii Moguntinensis respexisse ad *Nou. I. c. 1.* secundum quam generatim hæredi, quia adiit hæreditatem, & sæpe monitus per integrum annum legata quæcunque præstare recusat; auferitur hæreditas, eique assignatur ex legatariis, & fideicommissariis, qui vltimam voluntatem defuncti adimplere paratus est. Hunc enim sensum *Nou. cit. esse*, optime & solide declarauit LAUTERB. *diff. de testam. de stir. m. 3.* Voluere ergo Moguntinenses patres, vt episcopus inprimis legatorum piorum curam haberet, & intuitu horum, quæ per integrum annum præstare neglexit, hæreditatem ei cum omni commodo auferat, & ecclesiæ addicat, voluntatem in reliquis adimpleretur. Hanc prærogatiuam dederunt episcopo, vt ille præ aliis legatariis & fideicommissariis possit prætere, & sibi hæreditas addiceretur, quo iure etiam alias illi, quorum inprimis interest, vt possent.

Legata antialia pia sunt perpetua.

§. XXIV. Sextum priuilegium concernit *legata pia enalia*, de quibus agitur in *l. 46. §. 9. C. de Episc. & Cler. & Nou. 131. c. 12. vers. Si autem annale;* atque huc pertinent potissimum die *Stiftungen*, quæ ad certum usum sunt relicta, v. c. *Memorien-Gelder*, *Præsentien-Gelder*, potissimum relicta in *memoriam testatoris perpetuam*, vt anniuersarium ipsius solenne celebretur, & conuenientes clerici lucrum inde perciperent vid. MABILLON. *tom. 2. analect. p. 560. 567. 570. 572. 576. seqq. 593.* Hoc legatum perpetuum esse iubet Imperator in



in cit. l. 46. vt nulla transactio vel redemptio eius valeat, neque enim, ait Imperator, perpetua defuncti memoria, ob quam & annuum hoc reliquit, conseruabitur, sed statim extinguetur vna cum ipsa relictorum interiens alienatione. Vt plurimum pia quædam ambitio in huiusmodi legatis latitat, vt quotannis testatoris liberalitas pia referatur, celebretur & euehatur, & tamen piam illam esse, ex quadam hypocrisis cum IUSTINIANO dicimus. Adeo vero annalium alienatio est prohibita & irrita, vt administratores locorum piorum licentiam habeant, illa persequi, & exigere ipsa, nulla temporis præscriptione opponenda ipsis, cum per vnumquemque annum talis nascatur actio per cit. l. 46. §. 9. Paradoxa hæc esse arbitror, nisi ea fauore pie causæ Imperatori extorserit. Noui legata annua temporis vel clericis relicta esse perpetua, l. 6. l. 20. in f. de annuis leg. l. 24. cod. in quo differunt ab usufructu eis legato, ad centum annos tantum durante, l. 8. de vs & usufr. leg. interim tamen inde minime fluit, præscriptione nulla talia annalia perpetua tolli posse. Etiam usufructus ciuitati relictus non usu amittitur, l. 66. in f. de leg. 2. & seruitutes reales, quæ sua natura perpetuæ sunt, non usu expirant. Equidem ex natura annui rationem decidendi petunt, quum annua legata sint plura, & singulorum annorum separata petitio & actio l. 4. l. u. D. ann. leg. vt singulorum annorum debitum quoque peculiari indigeat præscriptione, quod ipse Imperator in cit. l. 46. his innuit verbis: cum per vnumquemque annum talis nascatur actio. Verum hæc actio in annalibus legatis perpetuis plane est incongrua. In temporalibus, quæ ad vitam legatarii durabant, vel ideo recepta erat, quia vitæ terminus incertus, & sic de annuis futurorum annorum non constabat, vtrum effectum essent habitura, nec ne? primi seu præsentis anni debitum purum erat, seu eius dies cesserat, sequentium conditionale, vtpote quibus inerat conditio, si legatarius vixerit: conditionale autem debitum non est proprie debitum, nec eius præscriptio ante existentem

Inalienabilia.

An impræscriptibilia.

con-



conditionem initium capere potest. *l. 4. cir. l. 10. n. 12. Quand. des leg.* Hæc ratio cessat in *annalibus perpetuis*, in quibus non tantum præsentis anni, sed etiam futurorum annorum præstationes puræ sunt, nulla conditione munitæ, cum statim certum sit, eas deberi, adeoque vnum sunt legatum, non *plura*, nec singulis annis nascatur actio. Sed quia stipulatio ex subtilitate iuris sua natura *perpetua* erat, §. 3. *I. de verb. oblig.* inde stipulatio in singulos annos *vna* esse dicebatur, quia *perpetua* erat, h. e. quia stricto iure omnium instantium annorum debebantur præstationes, quæ *puræ* non *conditionatæ* erant. *l. 35. in f. de m. c. donat.* In *l. 16. §. 1. de V. O.* expresse dicitur: *Stipulatio huiusmodi in annos singulos vna est et incerta, et perpetua, non quemadmodum simile legatum morte legatarii finiretur.* Contrariam doctrinam restringit POMPONIUS ad illa legata, quæ non erant perpetua, sed morte legatarii finiebantur, & in hoc differentiam quærit ab annuis ex stipulatu debitis sua natura perpetuis, nec morte creditoris expirantibus. Eundem in sensum accipio *l. 7. §. 6. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* quæ generatim de *promissionibus & legatis annuis* loquitur *temporalibus*, quæ morte creditoris expirant; neque enim in genere *promissiones annuæ* sunt perpetuæ, uti quidem *stipulationes*, in quibus ex subtili quadam ratione obtinebat regula; *ad tempus non posse deberi* §. 3. *I. de V. O.* quæ ad quævis promissa applicari nequit, in quibus etiam ad tempus debetur. Quæ cum ita sint, aliter iudicare nequeo, quam legata annua perpetua vnum tantum continere debitorum; cuius dies cedit a tempore mortis, & sic vna præscriptione posse extingui. Quod vero in *cit. l. 46. in annalibus* pius ab hac regula recesserit imperator, & contra ea omnem præscriptionem sustulerit, id ad singularia huius legati iura referendum, non vero ad alia *annua perpetua* applicandum. Nec rationi adiectæ inhærendum, quæ, ut ostendi, oppido erronea est, nec nouum, ut inadæquatæ rationes, maxime in codice, decisionibus subiiciantur. *Veram*



ram rationem in verbis vltimis *cit. l. 46.* prodit, inquit; *ut nomen & memoria defuncti, & ut annui redditus in ipsis operibus perpetuo conferuentur.*

§. XXV. Septimum *piorum legatorum* privilegium est, quod admodum fauorabile iudicetur, & in dubio, si de voluntate testatoris dubia quaeritur, secundum illum fauorem fieri debeat interpretatio. Iam supra obseruavi, propter hunc fauorem a iure non esse recedendum, si privilegium deest, operari autem hunc fauorem, ut ex *defuncti voluntate praesumpta* in casibus dubiis in eius fauorem, quantum sana ratio permittit, interpretatio fieri debeat, quae duobus interpretibus non accurate discernunt. Noui, vnde fauor his legatis tributus sit. Fontem supra indicaui, eumque in opinione, quod *pro anima* relictum censeatur, collocaui, vnde interpretes collegerunt, testatorem de suae animae salute admodum sollicitum fuisse, adeoque omnem interpretationem *defuncti probabili intentione* huc dirigendam esse, ut animae defuncti bene sit, & legatum effectum habeat. Inde tot exorbitantes conclusiones collegerunt, quae vnice ad hoc centrum & punctum collineant. Nos sane hoc dogma merito repudiamus, nec intuitu eius legata *ad pias causas* relinquimus, adeoque tam immensum fauorem iisdem tribuere non debemus, quem tamen saepe Icti protestantes sine iudicio allegant, & in ore habent. Inest huic legato aliquis fauor, quia ad pium quendam scopum destinatum est, & ex hoc scopo quoque defuncti voluntate praesumpta iudicandum. Non vero quaeuis tradita accipienda, quae Pontificii, & inprimis TIRAQUELLVS, ex dogmate suo erroneo, conglomerauerunt. Agite, examinemus quasdam conclusiones.

In dubio pro  
iis respondendum,  
si de voluntate defuncti  
quaestio est.

§. XXVI. Sic 1) quando legatum inductum est, id praesumitur a testatore *consulto* factum fuisse, nisi legatum *ad pias causas* induxerit, quod potius *inconsulto* factum censeatur. TIRAQUELLVS *cit. tr. priu. 16.* Argumentum trahit a

Quod exem-  
plis illustre-  
tur.

E

le.



*legato libertatis*, de quo idem dispositum in *l. 3. in f. de his qui in test. del.* ex favore libertatis. Equidem alias argumentum hoc reprobandum esse iudicavi, quatenus extensionem privilegii continet. Sed hic de *voluntate presunta* testatoris quaestio, an tale legatum inducere *consulto* voluerit? id quod *in dubio*, si alia deficiunt in contrarium argumenta, haud credendum ob favorem causæ, secundum quem interpretatio in dubio facienda. Etiam hic locum habet, quod ANTONIVS Cæsar in *cit. l. dixit: causa presens admittere videtur humaniorem interpretationem*, ut testator a voluntate, ad *optimum finem* ordinata, *consulto* recessisse non videatur. Quid ergo, si tempore testamenti conditi in intimam abiectus superstitionem ultimam voluntarem condidit? si ad finem magis superstitionis quam salutarem legavit? ex multis autem liquet, postea testatorem ad saniozem rediisse mentem & superstitionem agnovisse, annon his sub circumstantiis potius dicendum sit, legatum a testatore *consulto* inductum fuisse? 2) Si legatum pium sub conditione relictum est, cum *Titus annorum* triginta erit, & hic antequam ad 30. annum pervenerit, decesserit, adhuc legatum deberi, ait TIRAQUELLVS *priv. 23. arg. l. 16. de manum. testam.* quod cum in favorem libertatis introductum sit, multo magis quoque in favorem piarum causarum locum habere debeat, vel potius credere par sit, testatorem magis de tempore, quo præstandum est legatum, quam de simplici conditione disposuisse, ne legatum alias pereat. 3) Legatum rei alienæ, etsi ignoranter a testatore ad pias causas factum sit, valet, ut hæres illam redimere, aut estimationem præstare teneatur. Eadem enim præsumtio, quam in legato libertatis ICI assumpserunt in *l. 39. pr. de fideic. libert.* hic quoque militat, ut intentio testatoris absolute hoc legatum præstandi adfuisse videatur. 4) Si quid legatum est piae causæ certo tempore: *duodecimo anno postquam mortuus ero*, principio anni duodecimi debetur: *l. 41. pr. de manum. testam.*



testam. nam hoc mortuum sensisse, ex favore piæ causæ probabile est. MANZ. in spec. iur. Can. voce pia causa n. 29.

§. XXVII. Denique octauum priuilegium legatis piarum causarum assignandum esse volunt, quod legatum incertum favore piæ causæ valeat MANZ. cit. l. n. 44. Colligunt hoc ex l. 24. C. de Episc. & Cler. id quod pauperibus testamento vel codicillis relinquitur, non ut personis incertis relictum euanescat, sed omnibus modis ratum firmumque consistat. Sic quoque legatum ad redemptionem captiuorum relictum, non reicitur, vt incertum, quamuis nec pauperes sint electi, nec captiui nominati L. 49. §. 1. & 2. C. eod. quia ad dispositionem Episcopi horum legatorum distributio pertinet. Sed hoc minime extendendum cum MANZIO cit. l. ad eum casum, quando testator non determinat quantitatem, sed simpliciter dicit: *Volo ex bonis meis ad pias causas aliquid distribuere*, quippe quod absolute incertum est, vt non constet, quid, quale & quantum debeat, nisi forsitan certus finis adiectus esset, ex quo eius quantitas posset determinari, v. c. ad refectionem templi vel capelle B. Marie virginis, tunc enim tanta summa legata videtur, quanta ei rei sufficeret, si modo non apparet, aliam fuisse defuncti voluntatem, aut ex magnitudine eius pecunie, aut ex mediocritate facultatum, quam testator reliquit, tunc enim officio iudicis secundum estimationem patrimonii & legati quantitas definiri potest, vt in simili casu ait CELSYS in l. 30. in f. de leg. 2.

Quatenus valeat legatum incertum pium.

CAP. II.

De spuriiis legatorum piorum priuilegiis.

§. I.

Spuria piorum legatorum priuilegia dico, quæ in cerebro interpretum nata, in iure autem prorsus non sunt legitima, & sic legitimos natales minime habent. Talia plura sunt, quæ adducit TIRAQUELLVS; congescit enim

E 2

pri-



privilegia piarum causarum, & plura superesse credit, sed plura ipse ut spuria reiicit, plura non sunt privilegia, sed iuris communis conclusiones, maxima vero pars omni destituta fundamento. Breuiter illegitimos hos partus examinabo, & legitimatorum numero eos excludendos esse euincam.

An legata pia debeantur testamento destituito.

§. II. Aiunt (1) *Legata ad pias causas deberi testamento licet destituito & non adita hereditate.* MANZ. de spec. iur. comm. vot. pia causa n. 37. TIRAQUELL. priu 33. DONELL ad l. 14. C. de fideic. u. 12. Argumentum 1) desumunt ex l. 42. D. de fideic. libert. in qua libertati non indistincte, sed tunc datum hoc privilegium libertati datum est, si heres in continenti, antequam hereditatem adiret, decesserit. <sup>Quo</sup> exemplo, ait DONELLVS, recte defendetur etiam hereditate ex testamento non adita deberi ea, que ad pias causas relicta sunt: pietatis enim causa non minus fauorabilis, quam libertatis. Vulgatum hoc argumentum est, sed inane, cum privilegia extensiones non admittant. Deinde legata quoque libertatis, destituito testamento, perire euidentis est ex l. 17. D. si quis om. i. causa test. l. 2. C. eod. l. 1. C. de fideic. libert. nisi forsitan ex singulari beneficio hereditas alicui esset addicta, libertatum conferuandarum gratia. t. r. l. de eo. cu. libert. caus. bonu. addit. Unde testamento destituito, nec legata pia subsistere, recte censet LAVTERR. de test. destituito §. 18. Alii 2) prouocant ad l. 21. §. 5. de testam. milit. qua cauetur, hereditate militis non adita, substitutionem valere pupillarem, cum etiam hæc sola subsistat per se, nec ex testamento Patris militis dependeat. lam autem inferunt, privilegia militum etiam pias causas competere, quod tamen petit id, quod est in principio. Addunt alii 3) quoad legata ad pias causas clausulam codicillarem tacite oppositam censerit, CARPZ. p. 3. c. 4. def. 38. n. 8. quod tamen magis fingunt, quam probant, fatente B. Dn. STRYKIO de caut. testam. c. 23. §. 33. Aut enim quoad omnia legata intelligi debet, aut quoad nulla; si prius, lega-  
ta



ta ad pias causas nullum amplius privilegium habent, sed omnia legata ab intestato erant præstanda, desituro licet testamento, quod tamen Dd. ægre admittunt: si posterius, res salua est, nec enim apparet ratio, cur potius testator legata ad pias causas subsistere malit, quam reliqua legata, cum voluntas in omnibus vna eademque sit. Hoc tamen facilius admitto, hodie sublatis formulis antiquis, facilius subintelligi posse clausulam codicillarem in testamentis quoad omnia legata quam olim, si prægnantissimæ clausulæ, prout fieri solet, testamento fuerint adiectæ, ex quibus de *enixa voluntate* constet, quo tamen ipso non tantum legata pia sed quævis alia ab intestato debentur. vid. B. TITIVS lib. 7. iur. priu. c. 3. §. 38. seqq. Dn. PRAESES *introduc. in Digest. tit. de Codicill. §. 9.* Alii 4) firmanthanc sententiam ex l. 1. C. *comm. de leg.* vbi actio *personalis & hypothecaria* pro legatis consequendis est confirmata, addita ratione, quod ex *voluntate testatoris* hæc actiones institui possint, quippe qui voluit, vt legata omnibus modis præstentur, & præcipue addit, *cum talia sint legata, vel fideicommissa, quæ piis actibus sunt deputata*, quæ verba videntur frustranea fuisse, nisi aliquid singulare contineant. Verum totus contextus ostendit, hoc intelligendum esse de casu, quo hæres adit, quippe qui demum obligatur ex *aditione*, tanquam quasi contractu, qua deficiente, obligatio cessat. Denique 5) argumentum etiam inde peti potest, quod hæc legata debeantur ex testamento quoque imperfecto, prout *cap. 1.* adserui, multo magis ergo etiam ex testamento desituro; sed consequentiam fallere patet ex l. 21. §. 2. C. *de testam.* vbi dicitur, quod imperfectum testamentum patris, quoad *solos liberos*, valere, quoad extraneas mixtas personas autem plane pro nullo haberi debeat. Potest ergo testamentum quoad certa legata subsistere, quoad alia nullum esse, vbi est imperfectum. Ast si *desituro est*, quævis legata corrunt. §. 2. de leg. *Falcid. l. 2. C. Si ommiss. caus. testam.* LAVTERB. de *testam.*

plu-  
iuris  
fun-  
legi-

men-  
iur.  
L ad  
2. D.  
c de-  
con-

Quo-  
ate ex  
sunt:  
Vul-

a ex-  
tatis,  
omiss.

gula-  
con-  
Vn-  
cen-

41. §.  
adita,  
sub-

ideat.  
causis  
cipio.  
codi-  
f. 38.  
ote B.  
quoad  
legata



*testam. desit. §. 14.* cum testamentum, aditione destitutum nullo prorsus modo confirmari possit. Denique quoque supra dixi, ex imperfecto testamento non aliter deberi legata pia, quam si clausula codicillaris sit adiecta vel aliunde colligatur. Facile tamen largior, posse statuto hoc privilegium legatis piis tribui, quod iure Württembergico factum esse docet LAVTERB. c. 1. §. 18. in fin.

An legatum  
pium a substituto  
relictum  
etiam debeatur  
ab instituto?

§. III. Eiusdem farinae (II) est illud privilegium, quod legatis a substituto relictis tribuunt. Illa enim etiam ab hærede ab instituto, qui adit hæreditatem, deberi, aiunt, licet per aditionem instituti expiret substitutio; BARBOSA lib. 2. iur. ecc. c. 13. n. 27. TIRAQUELLVS cit. tr. pruil. 62. quod testatoris dispositio facta in vno casu, extendatur ad alium casum favore libertatis. Decisionem hanc illustrant ex l. 2. de manum. testam. vbi quis heredem ita instituerat: *Titius heres esto, si Titius heres non est, Stichus heres esto. Stichus liber esto.* In hoc casu Stichus seruus erat substitutus, & præterea eidem libertas legata. Quærebatur, an Titio hæreditatem adeunte, Stichus liber sit? quod affirmat Iustus contra TYBERONEM existimantem, quod non primo sed secundo gradu demum libertas ei legata fuerit. Hoc reprobat ULPIANVS, quod potius dupliciter h. e. in vtrumque casum & sic etiam eo, si Titius heres fuerit, libertas legata videatur, cum per se liqueat, quod in substitutione libertatem simul acceperit. Iam fiat applicatio ad hunc casum, vbi testator ita disponit; *Titius heres esto. Si heres non erit; Meuius heres esto, qui ecclesie quotannis præstet centum.* Hoc casu euidentis est, legatum tantum a substituto, non ab vtroque relictum esse, quis ergo grauaret Titium, a quo nihil legatum est, vt ecclesie legatum exsolueret? Aliud foret dicendum, si dubium esset, annon ab vtroque legatum foret, quo casu in dubio pro præstatione legati pronuncian- dum

§. IV.



§. IV. Huc (III) referunt, quod hæres ad legata pia solvenda teneatur, etiamsi nondum confecerit inventarium, cum hæres alias intra tempus, quo conficit inventarium, non possit a legatariis conveniri *l. f. §. u. C. de iur. delib.* Addit TIRAQUELL. *priv. 24.* hanc rationem: quia res dilationem non recipit, cum de salute corporis tractatur, *l. vlt. pr. de appell. recip. ideo multo minus cum de salute animæ tractatur.* Fluxit hæc opinio ex doctrina de purgatorio, quam nostrates reprobant, & consequenter etiam hanc conclusionem non possunt non reprobare. Sufficit præterea, quod nulla exceptio piis legatis hic data sit, quibus alias testator admodum favit, adeoque illam non omisit, si ei ius singulare indulgere voluisset.

An hæres teneatur ad legata solvenda intra tempora faciendi inventarii?

§. V. Aiunt porro, (IV) in legatis ad *pias causas* obsecris & incertis non quod minus, sed quod maius est deberi, cum in aliis, quod minus est, debeatur *l. 39. §. 6. de leg. 1.* Petunt hoc privilegium ex *l. 38. §. 2. de aur. & arg. leg. 1.* Vbi Scia testamento ita cauerat: *Simbi per conditionem humanam contigerit, ipsa faciam: Sin autem, ab hæredibus meis volo inbeoque, signum DEI ex libris centum in illa sacra sede & in patria statui subscriptione nominis mei.* Hic adest legatum quasi pium, hoc est, in honorem idoli relictum; iam quærebatur: cum in eo templo non nisi aut aurea aut argentea tantum sunt dona, quale signum ponendum sit? Respondet ICrus: argenteum. Verum a) præmittendum est, textum quodammodo mancum; & legendum esse: cum in eo templo non nisi aut aurea aut argentea tantum sint dona, cum facile contingere potuit, ut loco aurea scriptum sit ærea. Colligitur id ex verbis sequentibus: *Hæredes Scie, utrum ex argento, aut auro signum ponere compellendi sint, an æreum?* Scilicet hæredes Scie æreum signum ponere in templo volebant. Curatores templi obiciebant, non nisi aurea & argentea; & sic quod minus deberi. Sed recte curatores duplicabant, templi legatum indefinitum ante

An in legatis piis obsecris id quod maius est debeatur?

mul-  
di-  
m si  
e ta-  
bui,  
§. 18.  
um,  
m ab  
unt,  
a lib.  
de ce-  
sum  
ma-  
s esto,  
In  
em li-  
Sci-  
xiffi-  
pertas  
plici-  
s fue-  
ubsti-  
tio ad  
S; he-  
est et  
tuto,  
a quo  
d fo-  
m fo-  
ndum  
§. IV.



ante omnia esse intelligendum secundum naturam rei & conditionem templi, adeoque cum in eo templo statua ærea non toleraretur, probabile est, testatorem de hac non sensisse, quia alias legatum foret inutile, quod nullum posset habere effectum, adeoque vel *aureum* vel *argenteum* signum est ponendum. Ictus posterius approbat, & quia in dubio minus debetur, *argenteum* signum ponendum esse concludit. Itanon recedit a regula, vt patroni caularum piarum contendunt, sed potius ea n approbat. Agnoscit id ipsum quoque TIRAQUELLVS *priu. 25.* & recte addit: *Si manus dari debuisset, aureum datum fuisse*, imo id ipsum iam mouisse videtur Pontifex in *c. 18. X. de Censib.* vbi quando diuersæ & variæ mensuræ in provincia quadam fuerunt, nec constat, an maiori an minori mensura centus solui ecclesiæ debeat, edicit, minori in dubio eum soluendum esse.

An legata pia  
debeantur ab-  
stinentibus li-  
beris?

§. VI. Illud præterea (V) singulare in his legatis esse ait TIRAQUELLVS in *priu. 32.* quod liberis abstinentibus ab hæreditate paterna nihilominus illa debeantur, ideo, quod ex tali testamento libertates adhuc conferuntur per *l. 32. de manum. testam. & l. 30. §. 10. de fideicomm. libert.* Ipse TIRAQUELL. *priu. 33.* iam asseruerat, desituito testamento, hæc legata deberi, id quod si verum est, non debuisset hanc speciem tanquam ius singulare adferre, cum si desituito testamento debentur, dubium nullum superis, quin debeantur, si filius abstinerit. Quia vero prius iam refutauimus, paucis videndum, an in *casu abstentionis*, quo alias corruunt omnia alia legata, hæc subsistant. Manifesti iuris est, testamentum, in quo soli liberi sunt instituti, statim confirmari a tempore mortis, ideo quod liberi sint *ipso iure* hæredes, & quamuis *beneficio abstinentiæ* vtantur, testamentum tamen semel *ipso iure* confirmatum, non potest in totum desitutum fieri, sed illa adhuc subsistunt, quæ non requirunt hæredis præstationem, vt tutelæ & libertatis datio, substitutio pupillaris &c. Illa vero corruunt, ad quorum præstationem  
*factum*



factum sui heredis requiritur, adeoque sine immixtione non possunt obtineri, ut ait STRVV. ex. 34. §. 19. qualia sunt legata & fideicommissa particularia l. 12. §. fin. Vi in possess. legat. l. 12. in fin. de uig. & pup. substit. Huc etiam referri debent legata pia, quæ requirunt præstationem hæredis, & sic absque eius immixtione præstari nequeunt. Nec argumentum hic a libertate trahi potest, quæ si directo relicta est, non requirit hæredis factum aut præstationem, si per fideicommissum, tunc itidem quidem debetur per l. 30. §. 9. de fideicommiss. hered. sed iure admodum singulari per SCtum speciale, ut indicat L. tus, quod trahi nequit ad consequentias. Deest in his legatis specialis iuris sanctio, unde regulæ inhærendum est, nisi clausula codicillaris testamento adiecta sit.

§. VII. Quando (VI) duo testamenta adfunt, nec constat, quale sit prius, quale posterius, id videri posterius, in quo legatum est ad pias causas, censet TIRAQUELTVS priu. 35. tum quod summa sit ratio, quæ pro religione facit, l. 43. in f. de relig. & sumtib. fun. tum quod in dubio pro causa fauorabili sit pronuntiandum, c. vlt. X. de re iudic. & benigna interpretatio facienda. c. 3. X. de privileg. tum nique quod secundum l. 1. C. de iur. Fisc. is, qui præterdit, se prius in bonis debitoris ius ex donatione impetrasse, quam ea fisco fuissent obligata, prioritatem sui iuris docere debeat, quod ius, cum in fisco constitutum sit, etiam ad ecclesiam trahi posse videtur. Verum hæ rationes admodum fiscalneæ sunt: si de interpretatione voluntatis dubiæ est quæstio, tunc admitto, illam interpretationem prævalere, quæ piæ causæ fauet. Ast hic quæstio facti proponitur, quale testamentum posteriori loco conditum sit? quod ab allegante probandum, nec per regulas interpretandi erui potest. Similiter in dubio pro causa pia est pronuntiandum, quando in utramque partem rationes admodum probabiles occurrunt, ut contingit in collisione probationum: ast si nihil ab ecclesia, quæ aliquid petit, probatum est, res non dubia

Quid si duo testamenta adfunt, an legata pia in posteriori relicta præsumantur.



in eo sensu est, sed potius plane *incognita*, ad quem casum regula praedicta applicari nequit, quia alioquin semper pro pia causa pronunciandum esset, si vel maxime nihil probasset, quod citra absurditatem dici nequit. Summa denique ratio dicitur, quae pro religione facit; quis vero nescit, quid ICTUS per *religionem in cit. t.* intelligat? & quis unquam asseruit, ad *questiones facti probandi* hoc applicari posse? Denique argumentum a *fisco* hic plane alienum est, quod iam Dn. PRAESES in *diff. de nomin. ecclesiast. Cap. I. § 18.* adstruxit. Praeterea in *cit. l. 1.* nullum ius singulare occurrere videtur, sed merum *ius commune* refertur. Obligatus pater erat rationibus fisci, quo solvendo non existente, fiscus vi hypothecae tacitae bona eius a liberis possessa persequabatur: hi excipiebant de donatione sibi facta, antequam pater cum fisco contraxisset, cuius probatio liberis vel ideo erat iniungenda, tum quod excipiens regulariter exceptionem suam probare teneatur, tum quod praesumptio adfit, in fraudem fisci hanc donationem factam fuisse.

An legata pia relicta ab haerede censentur quoque relicta ab restituto.

§. VIII. Quando (VII) legata pia relicta sint nominatim ab haerede principali, ceteri eadem quoque tacite relicta a substituto censuit TIRAQUELL. *priu. 36.* Argumentum petit ex *l. 4. §. f. de alm. leg.* indeque colligit, in alimentis id iuris esse, & consequenter quoque in legatis ad pias causas, quippe ad quae argumentum ab illis trahi potest. Duplex in hoc argumento vitium deprehendo: 1) quod privilegia *alimentis* data indistincte trahenda esse putet ad legata ad pias causas, quod non admitto, cum non omnia legata ad pias causas alimentorum causam concernant. 2) Quod id ipsum, quod *ex c. l.* colligunt, ne quidem in ea deprehendatur, sed tantum in cerebro ACCVRSII. Textus satis planus est. Ait ICTUS: *Lucius Titius testamento suo liberis libertabusque cibaria et vestitaria a liberis suis eisdemque heredibus praestari iussit*, nulla conditione aut determinatione, in quo loco praestari debeant, *addita*, sed simpliciter tantum reli.



relicta, *quero* cum testator non disposuit, vt tunc demum cibaria & vestiaria accipiant, si cum testatoris liberis in eadem domo vixerint, *an si sine patroni liberis iidem liberti agant*, seu extra domum eorum degant, *cibaria & vestiaria accipere possint?* In hoc consistit status controuersiae, non vero in eo, quem somniat ACCURSIVS, an etiam substituti vel cohæredes alimentata præstare debeant? Non intellexit verba: *Si sine patroni liberis iidem liberti agant*, quæ ita accipienda esse somniat: *si sine Patroni liberis* h. e. si non contra liberos patroni, qui forsitan abstinuere, sed contra cohæredem vel substitutum datum, *iidem liberti agant*, h. e. alimentata petant. Quis vero iusta indignatione non capitur, ad hæc deliria potius quam interpretationem? Non potuit ICIVS præuidere tam insulsam interpretationem, alioquin forsitan in gratiam inepti interpretis dixisset: *Si sine liberis Patroni liberti degant*. Sed hæc præcautio non fuit necessaria, cum *agere* etiam idem quod *degere & morari* significet, vt ex multis textibus docet BRISSONIVS de *V. S. voc. agere*.

§. IX. Quando alias res legata a testatore *citra necessitatem* alienatur, legatum *tacite* ademptum censetur. §. 12. I. de *Leg. II.* Id tamen (VIII) fallere aurtumat TIRAQUELL. *priu. 41.* in legato ad *pias* causas, quod nullo modo ademptum censetur, quamuis nullam addat rationem. Sane quæstio, vtrum legatum *tacite* sit ademptum, est quæstio *voluntatis*, adeoque *ex causa & circumstantiis alienationis* colligendum, qua intentione rem legatam alienauerit. Huic proximum est (IX) illud *privilegium*, quod ademptis in genere legatis non censetur ademptum legatum ad *pias* causas, nisi totum testamentum legitime reuocatum fuerit. Ita censuere BARBOSA *L. II. iur. eccl. C. 13. n. 25.* MANZ. de *spec. in iur. comm. voce pia causa* n. 58. argumento ducto ab *alimentorum* legato, ad quod non extenditur generalis reuocatio *L. 18. §. 3. ff. de alimen. vel cib.* Scio hanc communem esse Doctorum opinionem, sed simul animaduerto, eam non satis fundatam esse in *cit. l. 18.*

An res ad *piam* causam legata & postea alienata adempta censetur.

An ademptis in genere legatis etiam *pium* ademptum censetur?



Agite videamus & perpendamus textum: *Posthumis heredibus instituis & patre & matre & substitutione pupillari facta, actores manumisi, & peculia eius legouit, & annua & certis liberis suis legata & aliis exteris plura: deinde post testamentum factum nata filia codicillis ita cauit: Si quid testamento, quod ante hoc tempus feci, legauit, cui dare volui: peto ab his, vt tertiam partem Petrine filie mee reddant. Secundis autem tabulis facta pupillari substitutione, in priori testamento expressa, impuberibus liberis, quibus a parentibus substitutis libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum in numero praeter cibaria & vestiaria, a substitutis legata dari voluit; questum est, cum superuixisset filia, testamento aperto, & codicillis, postea autem decesserit & fideicommissum tertiae partis datum ad heredes suos transmiserat, an etiam cibariorum & vestiariorum tertiae partes ei per fideicommissum datae esse videantur, quae non ab heredibus, sed a substitutis relictae erant. Quod recte negat Ictus, & quidem non ideo, quod legata alimentorum tanquam fauorabilia non veniant sub generali reuocatione, sed ideo potius, quod demum a substitutis essent relicta. Voluit testator, vt legatarii tertiam partem restituerent filiae suae, id quod non potest non de illis intelligi, qui, viuente filia, legata sua petere possunt, non vero de his, qui demum mortua filia in impubertate ius petendi legatum habent, quippe quorum legatum non purum, sed conditionale est, si filia in impubertate decesserit. Neque enim hi tertiam partem filiae restituere poterant, cum illi demum post mortem eius legatum acquirerent, quem casum respexisse testator dici nequit. Sic quoque ulterius de altero tanto, quod iisdem liberis legatum erat, de substitutis disquirat Ictus, an quae ab eo detrahenda sit pars tertia? & eadem ex ratione negat, additque, integrum ex tabulis substitutionis deberi, quia dispositio codicilli tantum intelligenda est de illis legatis, quae viuente filia praestanda sunt, non vero de iis, quae demum post mortem eius debentur. Si ergo communis do-*



Etina, quod *ademptis vel diminutis in genere legatis non sit ademptum vel diminutum legatum alimentorum*, ex cit. textu probari nequit multo minus exinde probari poterit, *ademptis in genere legatis non censei adempta legata pia*, quæ si testator excipere voluisset, id sine dubio expressisset, quod cum non fecit, generali reuocationi standum erit. *arg. l. 30. in f. de leg. I.*

§. X. Notum est, quod Legatarius *propria autoritate* legatum occupare nequeat, id quod si fecerit, hæres, quatenus eius interest, interdicto *quod legatorum* eius possessionem adspici potest. *l. i. D. et. C. quod legat.* Rursus (X) exceptionem statuit TIRAQVELL. *priu. 45.* in legatariis, quibus ius occupandi propria autoritate rem piam legatam iure singulari datum esse putat; sed sine lege & ratione, ideo enim sunt executores legitimi constituti, vt hi pro legati huius præstatione vigilent, qui quidem illud præstare possunt ex communi executorum officio, sed ne utiquam piæ causæ permissum est, vt illud propria autoritate occupare queat. Illud autem, quod idem *priu. 46.* addit, nullum plane privilegium continet. Scilicet is, cui legatum est nomen, olim actionibus ab herede non mandatis agere non poterat, ex lege D. *pi. aut. in viuitis* suo nomine agere non impeditur, vt in *l. 18. C. de leg. declaratur.* Hic privilegium TIRAQVELLVS piæ causæ tribuit, vt sine cessione nomen exigere possit, quod tamen omnes legatarii facere possunt.

An ecclesia legata pia propria autoritate occupare queat?

§. XI. Si quid legatur sub *condicione negatiua*, illud antea peti nequit, quam cautione *Mutiana*, præstita *l. 7. ff. de condit. & demonstrat.* quam tamen (XI) non requiri existimant in legatis ad piæ causas TIRAQVELL. *priu. 48.* MANZ. *in spec. iur. comm. voce pia causa n. 41.* Argumentum ducunt rursus a legato libertatis, cuius exemplum occurrit in *l. 17. §. 2. de manum. testam. Stichus, si in capitolium non ascenderit, liber esto.* Hic non desideratur cautio, sed statim ad libertatem pertueniet, si, facultate data ascendendi capitolium abstinuerit. Ratio decidendi petita non tam est ex *libertatis* fauore,

An præstanda cautio Mutiana in legatis piis?



re, quam ex voluntate testatoris præsumta, qui *cum effectu* legare voluisse videtur. Ideo autem *cautio Mutiana* non admittitur, quia sub conditione nemo libertatem accipere, sed prius eius eventum expectare tenetur, ne si conditio deficiat, in seruitutem retrahi debeat, quod *inhumanum* videtur, qua ratione etiam legati libertatis dies non a tempore mortis, sed aditæ hæreditatis demum cedit, *l. 8. ff. quando dies legat. l. vn. §. 6. C. de ead. toll.* quo iam certum est, eum liberum fieri. Vnde in adducta specie eventum conditionis expectare legatarius debet, quo casu potissimum quæstio de *voluntate* defuncti emergit. Aut enim ideo talis conditio adiecta, vt in *vltime vite tempus* libertas conferatur, ante quod regulariter, vtrum paruerit conditioni? constare nequit, quo casu nullius momenti legatum censendum, legatario non profuturum. *l. 6. pr. de manum testam.* Aut vero ideo adiecta, vt legatario proficere libertas possit, quo casu *conditio negatiua* potius de *prima occasione* accipienda, qua contra eam agere potuit, nec tamen egit: posterius testatorem voluisse, credibile est, quia, si prius voluisset, nihil egisset, quod non præsumendum. *l. 12. §. 2. ff. de reb. dub.* Hæc si maturo ponderantur iudicio, aperte constat, infulsissimum ab hoc legato duci argumentum ad legata pia, quorum diuersa est ratio, natura & indoles. Nec enim legatum pius est *personale*, vt *libertatis*, nec in eo accidere potest, vt in *vltime vite tempus* conditio conferatur, cum pia causa regulariter non moriatur, nec denique impium aut inhumanum censendum est, si conditione deficiente, id quod iam sine causa habuisse dignoscitur, redditur restituiturue, id quod iustitia naturalis desiderat. Quid ergo, si ita legatum fuerit ecclesiæ: *Do, lego mille thaleros, si non mutauerit sacra catechetica, quouis die solis hætenus habita?* Hæc conditio potest esse vel *resolutiua*, vt sensus sit, *donec non mutauerit* &c. quo casu cautione non est opus, vel est *suspensiuus* illud-



illudque verba satis declarant, quo facto, cautione opus est, quæ per ipsa bona ecclesiastica constitui potest.

§. XII. Quando legantur redditus certi ex fundo defuncto, legatario non competere hypothecam tacitam in isto fundo censent, per *l. ult. in f. de contr. emt. l. 21. pr. de ann. leg.* Omnino tamen (XII) piæ causæ per *l. 2. ff. de alim. leg.* vtpote quæ cum alimentis paria iura habere censetur. Equidem posterius admitto, sed de priori admodum dubito. Habent legatarii hypothecam tacitam in omnibus defuncti bonis; & sic quæ in illud prædium, unde redditus legati sunt. & hoc eo magis, quia ea intentione testator prædium assignasse videtur, vt pro redditibus specialiter obligatum sit. Hac posita sententia, causa pia nullum ius singulare habet, sed potius ex iure communi hac hypotheca more aliorum legatariorum gaudet. Neque ex *l. cit. ult.* contrarium euincitur, quæ loquitur de redditibus ex certo fundo per modum pacti debitis, quod hypotheca tacita destituitur; multo minus *l. 21. cit.* contrariæ sententiæ patrocinium præbet, quæ tantum admittit alienationem eiusmodi prædii, saluo tamen legato, vt dicitur in *l. 120. d. leg. l.* neque enim, quæ iure tacitæ hypothecæ tenentur, alienare prohibentur.

An legata pia ex certo fundo relicta gaudeant hypotheca tacita.

§. XIII. Legatum in alterius arbitrium conferri non posse certum est, prout plenius ex iure civili declarat, & quæ obstat videbantur, resoluit GONZALEZ ad *c. 13. X. de testam. n. 3. sqq.* sed (XIII) legata pia recte in arbitrium tertii conferri posse autumant per *cit. c. 13.* prout ex communi interpretum sententia statuunt TIRAQUELL. *priv. 64.* Cardinalis de LVCA de *testam. disc. 45. n. 3.* Plerique interpretes multas difficultates in *cit. c. 13.* deprehendunt, quæ tamen ex antiquitatibus facile superari possunt. Impetrauerat Episcopus Altiissiodorensis sedis Apostolicæ indultum, quod ordinatio rerum Clericorum ab intestato decedentium libere in sua potestate ac dispositione permaneret. Hic duo præmitto: (1) Indultum tantum loqui de rebus Clericorum non patrimonialibus.

Legatum pi-um in alterius arbitrium simpliciter conferri nequit.



libus: nam in patrimonialibus Clerici hæredes suos agnatos habebant, vt recte obseruat GONZALEZ *ad cit. l. X. n. 7.* adeoque harum ordinationem Episcopus sibi arrogare non poterat. (2) Indultum hoc maioris securitatis gratia fuisse impetratum ab Episcopo Autifiodorensi, cum alias de iure communi dispositio & ordinatio de his bonis Clericorum in potestate Episcoporum esset. Forfan id inde factum, vt concertationes diuinæ, & non semel cruentæ eorum, qui huic prædæ inhiabant, euitarentur, & præsidium Episcopo circumponerent, iudice THOMASSINO P. III. *de discipl. eccl. C. II. c. 47. §. 8. in f.* Ex hoc indulto emergebat ergo quæstio: *An illi, qui in voluntate & dispositione alterius suam committunt ultimam voluntatem, nihil per se penitus ordinantes vel determinantes, quid cui loco vel personæ conferri debeat, dicantur decedere intestati?* Ita format statum controuersie Pontifex & decidit, quod tales non videantur decedere intestati. De Clericis hæc quæstio mota est, de quibus constat, quod tempore INNOCENTII III. de bonis non patrimonialibus testamentum condere minime poterint: id vnice iis aliquando ex consuetudine indulgebatur, vt *piis causis* de iis aliquid conferre possent, *c. 12. X. de testam.* Vnde non diuinatorium, vt GONZALEZ *ad cit. cap. 13. n. 12.* putat, sed maxime probabile est, de *dispositione Clericorum ad pias causas* INNOCENTIVM III. loqui. Illustrat hoc THOMASSINVS *cit. l. §. 5. ex c. 15. Concil. Lateran. III. ao. 1179. habiti.* Non recte arguit: *Non displicet Concilio, testamenta edicta Clericis, sed siue testantium, siue intestatorum res ad ecclesiam, ex qua deriuata sunt, necesse est reuocari.* Loquitur ergo Pontifex 1) de Clericorum dispositione, 2) ad *pias causas* & quidem 3) de bonis non patrimonialibus seu ex redditibus ecclesiasticis acquisitis, statuitque, valere eorum dispositionem collatam in *arbitrium tertii.* Non adeo infrequentem eo tempore hunc morem fuisse, multa arguunt. Quando plane clericus intestatus decedens, non disposuerat in vltus pios, seu *pro anima*, eius ordina-



nare. Ao. 1136. STEPHANVS Rex Angliæ suo iuramento, quod recitat MICHAEL ALFORDVS in *Annal. Britann. ad cit. ann. n. 5.* hanc quoque clausulam firmare debuit: *Si quis autem Episcopus vel Abbas vel alia ecclesiastica persona ante mortem suam rationabiliter sua distribuerit, vel distribuenda statuerit, firmum manere concedo. Si vero morte præoccupatus fuerit, pro salute anime eius ecclesie concilio eadem fiat distributio.* Ante hæc tempora Reges iure sponti decedentium clericorum bona sibi vindicabant, quem morem cum ægre Clerici ferrent, hoc modo Regem Angliæ constringebant, ne hoc iure vteretur, quin potius arbitrio Clericorum relinqueretur, vt de bonis defuncti *pro anima* eius possent disponere. Quæ cum ita essent, nonnunquam Clerici solebant alicui committere, vt ipsemet *pro anima eorum* bona distribueret, statueretque, in quem vsus pium conuertenda essent, quem morem approbasse videtur INNOCENTIVS III. Exinde liquet I) erroneam esse ipsorum sententiam, qui ex hoc textu colligunt, de iure canonico testatorem *quemcunque* & quidem *generaliter*, posse dispositionem suam conferre in arbitrium tertii: cum INNOCENTIVS III. tantum de clericorum dispositionibus loquatur: II) falsum esse, legata ad pias causas de quibuscunque bonis facta in arbitrium tertii conferri posse.

§. XIV. Non dubium est, quin focius partem suam in re communi alicui legare possit, interim legatarius non potest alterum cogere, vt partem suam ei vendat, nisi Dominus partem suam, quam habet in seruo, huic legauerit. *l. vlt. C. de comm. seru. manum.* Inde (XIV) nouum privilegium attribuunt piæ causæ, vt si pars ex re communi ei relicta sit, illa possit condominium cogere ad partem suam sibi vendendam, argumento a *libertate* deducto. TIRAQUELL. *cit. tr. prin. 67.* Verum quam falsissima hæc assertio sit, non multa indiget explicatione; quod enim IUSTINIANVS id ipsum in seruis constituerit, hanc habet rationem, quia alioquin frustraneum fuisset legatum libertatis, cum seruus non possit pro parte liber & seruus esse. Ast hæc ratio cessat

Parte legata ex re communi pia causa focium ad vendendum cogere nequit.

G

in



in piis causis, quæ in parte legata ex re communi omnino utilitatem suam percipiunt, vult non prohibeantur socium ad diuisionem prouocare, quo facto deinceps hæc secundum regulas communes instituenda est.

Sub generali prohibitione etiam continentur legatum ad piias causas.

§. XV. Quæ generaliter alienari prohibita sunt, de illis vltima voluntate nemo disponere potest. Rursus tamen (XV) excipiunt dispositionem ad piiam causam, quod in omni prohibitione excepta videatur persona Dei, sicuti in sacramento fidelitatis excepta censetur persona imperatoris & Papæ, vt admodum ieiune philosophatur TIRAQUELLVS *cit. iii. priu. 30.* Hac vero ratione pia causa in omni prohibitione excepta censetur, quia quicquid ad piiam causam legatur, Deo legatur, qui semper exceptus censetur. En egregiam huius causarum piarum patroni philosophiam! Animaduerto tamen, non omnes inter veteres Ictos tam crasse philosophatos fuisse, quin potius plures recte statuunt, de bonis fideicommissariis ne quidem ad piiam causam disponi posse, vt late ex veteranorum doctrina docet KNIPSCHILD. *de fideicomm. fam. l. C. XI. §. 22.* Excipit tamen idem *cit. l. n. 332.* casum redemptionis filii captiui, quod pro hoc bona fideicommissaria recte alienentur, cum in fauorem huius specialia iura multa sint constituta vid. HERTIVS *de Lytro Sect. II. §. 22.*

Quod si pendente conditione pia causa destructa sit.

§. XVI. Pendente conditione, sub qua factum est legatum, si legatarius interim aut moriatur, aut libertate priuetur, intercidit legatum, quia seruitus morti assimilatur. *l. 59. de condit. & demonstr.* Aliter autem (XVI) in piis legatis dicendum esse, arbitratur MANZIUS *in special. iur. commun. voce pia causa n. 421.* quæ, sublato impedimento, reuiuiscunt *arg. l. 46. de manum. testament.* Sed hoc argumentum inane est. Agitur in *cit. l. de seruo*, qui liber esse iussus est, cum annorum triginta esset. Quod si vero hic, antequam ad eam ætatem peruenisset, in metallum esset condemnatus, & postea reuocatus, legatum ei proderit, nec metallorum poena ius eius mutabit. Ratio in promptu est, quia nondum libertatis statum habuit, ergo capitis diminutionem pati non potuit, multo



multo minus ratio prædicta, quod seruitus morti assimiletur, quæ tantum *in liberis* obtinet, ad *seruum*, in metallum condemnatum, applicari non potest. Quomodo vero hæc ad piam causam applicari possunt? Imo quis eiusmodi *casu mortis* vel *ciuilis* vel *naturalis* in ea sibi concipiet? Fingamus, destructam funditus esse piam causam, monasterium forsitan, post aliquod tempus vero restitutum; pendente adhuc conditione, sub qualegatum erat. Sane ex modo restituendi apparebit, vtrum adhuc legatum saluum sit, non vero ex adducta a libertate legata ratione.

§. XVII. Ipsam legitimam liberorum non posse grauari Legitima liberorum grauari nequit per legata pia.  
aut minui, quouis modo constat. *l. 32. C. de inoffic. testam.* Disputant tamen & in controuersiam vocant (XVII) an non legitima liberorum minui possit per legata ad pias causas? BARBOSA *L. II. iur. Ecclesiast. C. 13. n. 33.* Et quidam dubitent, cum magis fauendum esse censeant piæ causæ quam liberis, & quod in dubio, h. e. in diuersis sententiis, semper pro pia causa pronunciandum sit. *IDEM cit. l. n. 35.* Sed hos recte redarguit AVGVSTIN. *in c. f. C. 17. q. 4.* quem etiam saniores merito sequuntur, docentes, nullum grauamen legitimæ inferri posse per legata ad pias causas B. STRYK. *in Caut. Testam. c. 17. membr. 2. n. 7.* KNIPSCHILD. *de fideic. famil. c. 6. n. 151.* HARPRECHT. *de iur. deduc. duas quartas §. 106.* BESOLD. *Conf. 263. n. 24.*

§. XIX. Multa præterea adhuc conseruari solent privilegia, in fauorem piarum causarum, ad doctrinam de hæreditis institutione vel substitutione spectantia, quæ vel ideo tangere nolui, quia tantum de *legatis* agendi animus fuit. Quin præterea plura adhuc circa legata adduci solent, quæ ita tamen comparata sunt, vt facile ex hæcenus dictis imbecillitas argumentorum colligi & erui possit, adeoque plura addere nolo, sed piorum legatorum patronos decenter rogo, ne nimis fauorem eorum extendendo vel rationem rectam eiurent, vel prodant, se iurium interpretes prorsus ineptos esse.







ULB Halle 3  
002 187 06X



sb











B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS  
DE  
**PRIVILEGIIS  
LEGATORVM PIORVM  
GENVINIS ET SPVRIIS**

80l xxiv. 2/30.

10  
17/6  
96

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO CAROLO**  
PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENB. RELIQVA  
IN REGIA FRIDERICIANA

**DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO**  
ICTO, COM. PAL. CAES. REG. MAIEST. BORVSS. CONSIL. AVLICO  
PROF. IVR. ORD. h. t. DECANO

**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI  
DIE NOV. MDCCXVI.  
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**CAROLVS FRIDERICVS Hopffenstock**  
STVTGARD.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.  
MDCCXL.

(7)

